Lateranensis Platea insistentem; cuius Basim, ac Plinthidem flammis absumptas resarciuere, sola Pyramis Vaticana stetit incolumis, vt ex Paulo Orosio colligitur; quippe Româ ab Alarico Gotorum Rege direpta, Basilicæ SS. Petri, Paulique ornatibus, & vasis, Auro, Argentoque micantibus, in Diaconissæ Romanæ ædibus asseruatis, cum in eam Mulierem hostis offendisset Miles, cæpit atrociùs comminari, vt Aurum extorqueret, Argentumque. Sed Diuina benignitate fretam mulierem minimè perculsit vir truculentus, quinimmò vasis, alijsque confestim productis; en inquis, Aurum, Argentumque, si valebis, arripe, auferque, at ego summopere Diuinæ confido potentiæ, te non tantis viribus præditum, ac temeritate, vt tam nefandum scelus queas perpetrare, impunèque Sacrarum Basilicæ rerum potiaris. Miles Fœminæ pertimescit audaciam, trepidusque intactis omnibus, adit Regem, euentum cupidus percunctari; illo attentè audito, Rex omnia extemplò iubet Basilicæ restituenda, & Christianos qui in eam confugissent voluit illæsos; Quapropter in easdem Sacras Ædes ereptam supellectilem, summa etiam Barbarorum reportarunt alacritate, Ecclesijs omnibus illibatis, & Imperante sic Rege; qui quantùm sacra veneraretur, ita palàm demonstrauit; ex quibus, de superstitis Obelisci minimè dubitandum incolumitate.

In 7. cap. 39.

Vsque ad Totilam, Goti Sacram Basilicam semper plurimùm coluere, quibus eo tempore veram sectantibus Christi Religionem, Rex hoc Templum singulari frequentauit pietate, eoque nunquam ab hostibus direpto, vicina etiam Pyramis Circi Neroniani Spinæ insidens, vt diximus, pristinam conseruauit integritatem. Eadem haud Hieroglyphicis, aliarũ instar, incisa scalpturis, quippe Rex Nuncoreus qui eadem insigniuit Eliopolim, Diuino cultui omnino deditus, superuacaneum existimauit Sacros Ritus exhibentes adhibere cælaturas, illis enim Antecessorum, Ægyptiorumque Sacerdotum prauis moribus vitiatis, in cælato stipite eam planè læuem reliquit.

Illos Obeliscos marmoreos fuisse antiqui declarant Scriptores, vt Plinius affirmat, quibus construendis tantas licebat

Lib. 36. cap. 8.

effode-

cheggiamento di Roma, fatto da Alarico Rè de' Goti, essendo stati riposti in Casa d'vna Diaconessa Romana gl'ornamenti, e Vasi d'Argento, e d'Oro delle Basiliche de' Santi Pietro, e Paolo incontrata questa da vn Soldato nemico, e da esso minacciata, come gli fù richesto l'Oro, e l'Argento, confidata la buona Donna nella Diuina Bontà, presentò liberamente all'istesso tutti li Vasi, & altre cose preziose; dicendogli: ecco l'Oro, e l'Argento, prendilo, e portalo via, se puoi; ma son certa, che non ti riuscirà, e non auerai tanto ardire di farlo; perche sono cose sacre delle Basiliche di San Pietro, e San Paolo. Intimorito il Soldato dal modo ardito di parlare della Donna, non solo non toccò le robbe; ma subito corse al Rè, per raccontargli il successo. Questo sentito, e considerato con qualche attenzione, ordinò il Rè, che si riportassero alle Basiliche tutte quelle robbe sacre, e che si lasciassero liberi quelli Cristiani, che si trouauano ricouerati nelle due Basiliche; onde furono riportate alle medesime tutte le Sacre Supellettili da gl'istessi Barbari, con gran festa, & applausi, rendendo grazie all'Altissimo. Non furono in parte alcuna offese le Chiese, auendoli così commandato l'istesso Rè; il quale mostrò con tali sentimenti la stima, e diuozione che portaua alle cose Sacre. Da che si caua, che non solo restasse in piedi, ma anche intatto l'Obelisco Vaticano.

Continuò fino à Totila la Venerazione de Goti verso questa Sacrosanta Basilica Vaticana; & essendo in quel tempo Cristiani anche i Goti, fù da questo Rè frequentata la detta Chiesa; quale perche sempre fù liberata da sacheggiamenti, fù conseruato parimente l'Obelisco, che staua immediatamente al fianco del muro laterale, posando sopra la Striscia del Circo Neroniano. Sì come si è dimostrato prolissamente in alcuni Capitoli del Primo Libro nella giusta situazione del detto Circo, & in alcuni del Secondo.

Non fù fatto quest'Obelisco con intagli geroglifici à guisa de gl'altri più antichi; perche Noncoreo Rè, che l'eresse, insieme con l'altro, nella Città di Eliopoli, come si è detto, auendo intrapreso vna pia, e religiosa vita, conobbe esser superflui i medesimi intagli, che significauano le Cerimonie Sacre; mentre à suo tempo erano queste già corrotte, & adulterate da' vizij delli suoi antecessori, e da Sacerdoti Egizzij; perciò decollo liscio, come si vede.

La Pietra di questi Obelischi venne da gl'antichi Scrittori posta frà il numero de' marmi, secondo Plinio, per la sua densità, e per esser pesante quasi al pari d'ogn'altro, è permessa la sua escauazione di pezzi così smisurati. Fù questa chiamata Pietra Tebai-

Lib. 36. cap. 8.

ca, per la vicinanza della Tebaide alla Caua di essa. Fù anche chiamata Sienite, per la Città di Siena, che stà à detta Caua contigua, come da Erodato in Euterpe si legge.

CAPITOLO III.

Delle solleuazioni de' Terreni Vaticani, e sue ragioni.

LE reliquie, e frammenti de gli antichi Edifizij della Città di Roma, sepolti, e nascosti dalle tante ruine occorse a' medesimi, fanno chiaramente conoscere essersi la medesima fin dalla maggiore felicità del suo Imperio in quà, rialzata molto dal basso, nel quale prima si ritrouaua. Si vede euidentemente ciò dal Panteon, al di cui Pauimento, che in tempo d'Augusto era solleuato con gradini, si ascendeua. Et ora vedesi profondato il suo Piano à guisa di concaua Valle. Opinione contraria à quella del Demontioso, osseruata dal Nardini, che vuole, fondato sopra vn residuo antico di Scale, che per entrar nel Pantheon si scendesse, e non si ascendesse, nè si fidi veruno della Medaglia, che corre per le mani di molti fatta imprimere da M.Agrippa con il detto Edifizio perche è falsissima. Lo dimostra anche l'Obelisco orario, che già eretto in Campo Marzio indicaua, con vigilante Gnomone, le diuisioni del corso Solare, e resta adesso per le cresciute rouine coperto sotto le Cantine, e Grotte delle Case. Tralasciando finalmente per breuità la Colonna Traiana, l'Arco di Settimio Seuero, & altri molti Edifizij, portaremo, in conferma della solleuazione de' Terreni, la Chiauica Massima situata vicino al Velabro, che fù fatta mirabilmente da' primi Rè de' Romani, per riceuere le scolature dell'acque, che scorreuano attorno de' Sette Colli: e ne' tempi de' Cesari, destinata anche per ricettacolo delle medesime scorreuano in essa da tutti gli Edifizij publici, e priuati, radunateui in sì numerosa quantità, che, come attesta Plinio, versano poi nel Teuere à guisa di sette Fiumi, li quali è da credere, che fossero sette Acquedotti, da quali haueuan l'esito l'acque furiosamente.

Lib.6. c.4.

Trouauasi ne' passati Secoli sommersa, à segno, che appena il suo Arco apparisce; il che procede non solo dalle desolazioni, e rouine de

gli

effodere Saxorum Moles. Lapidem hunc appellarunt Thebaicum, quippe è finitima Thebaidi fodina excauatum; dictus etiam à nonnullis Syenites, propter proximam fodinis Syenem, vt in Euterpe Herodotus enucleauit.

CAPVT III.

Causæ trutinantur ex quibus Vaticanum Solum iam sublimiùs assurgat.

VEterum Romæ Ædificiorum rudera pluribus identidem obruta ruinis, Vrbis Solum olim humilius fuisse demonstrant; quod ex Pantheo facilè percipiamus: cum Augusti Cæsaris tempore decliuibus suppedaneis in eius conscenderent altiùs Pauimentum, iam verò gradibus marmoreis ad idem deorsum feramur. Quod Demontiosi sententiæ prorsus aduersatur à Nardino obseruatæ: qui propter quasdam Scalarum veteres reliquias ad ingrediendum Pantheon descendere sentit oportuisse. Nemo verò haud in frequenti fidat Numismati à M.Agrippa percusso hoc Ædificium exhibenti, quippè omninò fallaci. Hoc etiam arguitur ex horario Obelisco, Solaris cursus diuisiones quondam Gnomonis indicante solertiâ, nunc tandem congestis eò ruderibus, sub vinarijs apothecis, specubusque subiectus delitescit. Breuitatis demum gratiâ Columna Traianâ, Septimij Seueri Arcu, multisque alijs Molibus prætermissis, eorum locorum secus exaltatam exponemus planitiem. Siquidèm Cloacâ Maxima Velabro proxima à priscis extructâ Romanorum Regibus, effluuijs aquarum Septenos Colles præterlabentium excipiendis; Eam Cæsarum temporibus, emittendis destinarunt sordidioribus lymphis; quæ ex pluribus, priuatisque Ædibus in illam copiosæ illabentes, teste Plinio, septenorum instar amnium, in finitimum Tyberim confluebant: in quo eadem tam altè immersa est, vt vix Arcus paululum

Lib.6. c.4.

emer-

emergat. Illud oritur non tantùm ex collapsis fabricarum ruinis, verùm & ex sordibus Tyberis, Vrbem sæpiùs exundantis, aucto fecibus alueo, vt ex aquarum colligitur altitudine, quæ antiquitus Pilarum solùm attingebant Basim, & iam tantopere superant, vt vix Arcuum à Pontificibus instauratorum excelsiores emineant Incumbæ. Quæ Vrbem olim, eadem & Situum Vaticanorum antea humiliorum planitiem exaltarunt, vt deuectus ab Equite Dominico Fontana exhibet Obeliscus, primùm Cœsari, dein Cruci Sanctissimæ consecratus, cuius tota pars Leonibus subiecta prorsus latebat vnà cum marmoreo plintho, Neroniani Circi, Spinæue altitudinem designante.

Lib. 1. c. 1. Bossius hanc comprobat veritatem de Roma subterranea; cum ipse in fundamentis recentis Fani excauandis, varia Gentilium monumenta, aggestâ humo occulta, quondam verò eminentia, prodisse asseueret. *Fol. 23.* Idem Eques Fontana de excitandis Obeliscis, Sixto V. Pontifice, marmoream Stylobatis priorem Stereobatam cum suprema Telluris planitie æquabiliter procerum, arenâque, vbi Ludialia Curriculorum spectacula committebat Nero, paulò admodùm demissiorem, ad imam solùm aquæ superficiem, facto elatiore Tyberis alueo, pertinuisse commemorauit. Quod eundem Architectum validioribus publicis mobiliorem humum firmare coegit, vt solidum Obelisci substrueret fundamentum. Idem propterea à primo gradu illum ambiente ad imum aquæ, vbi reperta fuit excelsior veteris Circi vestigijs libella, triplex Soli genus, arenosum videlicet è iugis effusum, labilem è ruinis, cretamque frequentissimis Fluuij eluuionibus illatam peruasit. Ex quibus putemus ambigere neminem Agros Vaticanos præsentem in substructionibus altitudinem non obtinuisse, verùm easdem ob causas tandem euasisse altiores, cum in hac Vrbe fundamentorum confinia aquarum libellam soleant adæquare. Propter igitur maiorem horum Situum elationem, occultas Ædium Vaticanarum substructiones hoc in Paragrapho delineatas, atque ex ipso Equite Dominico Fontana Auctore percelebri erutas euulgare suscepimus.

gli Edifizij, ma anche dalle grosse materie introdotte dal Teuere, che inondaua spesse volte la Città. Ora trouasi accresciuto il suo letto, come si riconosce dalla superficie delle sue acque, che arriuauano, in tempo degli antichi Imperatori, solo à piedi de' Piloni, & oggi si vedono quelli talmente sommersi, e nascosti, che solamente se ne scorgono l'imposte de gli Arconi risarciti, e riedificati da' Sommi Pontefici.

Per le medesime, & altre cause, per le quali seguì quell'accrescimento della Città, e del Teuere, si sono rialzati ancora i Siti Vaticani, che furono anticamente più bassi, come chiaramente si vede nel trasporto, che il Caualiere Domenico Fontana fece dell'Obelisco dedicato à Cesare, & oggi alla Santissima Croce; mentre tutto quello, che presentemente si vede da' Leoni in giù, staua prima sepolto, col restante del Zoccolo di marmo, che destinaua il Piano del Circo di Nerone, e della Spina.

Viene confermata questa verità dal Bossio nella sua Roma sotterranea, dicendo che nel cauare i fondamenti del Tempio nuouo, si trouassero molti Sepolcri de' Gentili, coperti da gli accresciuti Terreni, che ne' loro tempi erano esposti alla publica vista nel Pontificato di Sisto V. *Lib. 1. c. 1.* Riferisce il medesimo Fontana nel suo libro dell'Erezioni delle Guglie, che il primo Zoccolo di marmo sotto il Piedestallo, che per necessità era il Piano della Terra, e poco sotto quello dell'arena, luogo delle Corse, & altri Giuochi, che Nerone essercitaua, era coperto, sotto il pelo dell'acqua, à causa del Teuere inalzato. *Fogl. 23.* Onde, stante l'accresciuto, e mal sodo Terreno, fù necessitato il medesimo Fontana inoltrarsi, con vigorose passonate sotto l'acqua, arriuando al duro antico, per assodare il letto al fondamento della Guglia. Egli, prima dallo Scalino, che circuisce la medesima, fino al pelo dell'acqua: doue si trouò il liuello, che sommerge il Piano dell'antico Circo, trapassò, e perforò le trè specie di Terreno, cioè l'arenoso apportato ui da' Colli, il labile dalle rouine, e la creta dalle numerose inondazioni del Teuere. Da queste cose ragioneuolmente s'inferisce non essere i Terreni de' Campi Vaticani vergini in quell'altezza attinente alle presenti fondamentazioni; ma alterati, & accresciuti per l'accennate cause: essendo prattica commune in questa Città, che il confine de' fondamenti sia il liuello dell'acqua.

Dal rialzamento dunque di questi Siti abbiamo risoluto prendere giusto motiuo, e buona congiontura di mostrare, colla presente nostra Opera, le occulte, e perfette operazioni, e sostruzioni del Tempio Vaticano, descritto nella presente Sessione, e fondato sopra tutto quello, che asserisce detto Fontana, acciò venghino palesate quelle cose occulte.

Diuiſio verificans Solum auctum in Vaticano.

A Libella antiqua antè Vrbis eleuationem.
B Libella erecta, ideſt Aquæ.
C Terrena aucta.
D Planities ſuperioris Templi Obeliſci poſitionis palm. 30.
E Antiquus ſitus Obeliſci in ſuo Circo antè tranſlationem operti Terra, & Baſes vſque ad præfati Obeliſci ſcapum.
F Fundamentum vetuſtum ſub ipſo, Spinaque.
G Situs Obeliſci, eleuati circa palm. 33.
H Fundamentum palm. 60. ſub ipſo omni ex parte plateatum.
I Fortia obſtacula quæ labile Pauimentum ſolidant.
K Muri Circi diruti in loco Tholi.
L Maximæ Tholi Pilæ.
M Circi inuenti ſub Rima aquæ palm. $4\frac{1}{1}$, planities, teſte Dominico Equite Fontana.

SETTIONE CHE VERIFICA L'ACCRESCIVTI TERRENI NELLI SITI VATICANI.

A. Liuello antico auanti la solleuatione della Città.

B. Liuello inalzato cioe dell' aqua.

C. Terreni accresciuti.

D. Piano del Tempio superiore del posamento della Guglia p.mi 30.

E. Posto antico dell' obelisco nel suo cerchio auanti il Trasporto coperto di terra li due Piedestalli sino al fusto del Obelisco sud.o

F. Fondamento antico sotto di esso, e spina.

G. Situatione dell' Obelisco di presente eleuato circa p.mi 33.

H. Fondamento plateato di p.mi 60. per ogni uerso sotto di esso.

I. Passoni posti per assodare il Terreno labile sotto di esso fondamento.

K. Muri del Cerchio distrutti in un sito de i Piloni della Cuppola.

L. Vn Pilone della Cuppola.

M. Piano del Cerchio trouato sotto il pelo dell aqua p.mi 4½ come asserisco il Caualier Domenico Fontana.

Eques Carolus Fontana Delin.

Alex.r Spec.m Sculp.

CAPVT IV.

De Vaticani Obelisci Situ, eo potissimùm vbi iàm reperitur, olim translatus.

ILLE Obeliscus penè veteris Basilicæ, recentisque Fani, ad Fornaces spectantis, lateri haud procul à fabricâ, in orbem inflexa, iàm Templi Sacrarium, insidebat, totusque fermè eiusdem Solo emergebat Scapus, Stylobatum quidem Stereobatisq; Circi Zonæ, Tæniæue incumbentibus, terra, & ruderibus obrutis, vt ait Eques Dominicus Fontana, Mercatus autem eadem ornamenta, ac Stylobatas, vsque ad priscam Caij inscriptionem asserit humo delituisse, summum Stereobatem, mediam æquantem Circi lineam, aquis scribit immersum, eidemque iam ad extremam gradationem insistit.

Dominicus Font. lib. 1. fol. 23. Mercatus fol. 336. & cap. 40. eod. fol.

Nonnulli Pontifices hanc dimouere cupierunt Pyramidem, Situque nobiliori decorare, quemadmodum in Area Vaticana iam Templi gaudet aspectu. Nicolaus V. id animo primus versare cæpit consilium, vt in eius vertice, eminente Mundi Redemptoris effigie, Crucem auro, & opere Corinthio splendidam humeris gestante, quatuor eam sustinerent Euangelistæ. Iulius II; & Paulus III. eandem in suum præsentem locum traduci, Architectonicæ peritissimo Bonarotæ confisi, expetiuere; hic tamen tam arduum suscipere detrectauit laborem, ne parta tantis sudoribus fama periclitaretur; Gregorius XIII. externi quoque Architecti prototypo allectus, de ipsamet cogitauit exportanda; gloriosis tandem, & magnificis assueti, ab alijs tantùm desiderata Sixti V. perfecit magnanimitas. Siquidem eius artis, & Matheseos peritissimis viris sæpius in consilium accersitis, delineatum ab Equite Dominico Fontana mouendi Obelisci Typum cæteris omnibus anteposuit. Quapropter vniuersam, & transferendæ Pyramidis, & excitandæ prouinciam ei commisit Pontifex; quòd quidem

anno

CAPITOLO IV.

Del Posto antico dell' Obelisco Vaticano, e del trasporto di esso, doue di presente si troua inalzato.

RIsiedeua quest' Obelisco quasi vicino al fianco della Basilica vecchia, e del nuouo Tempio, verso le Fornaci, poco distante da quella Fabrica circolare, che serue di presente di Sacristia al detto Tempio. Sorgeua da terra quasi tutto il fusto di questo Oobelisco, rimanendo sotterrati in quelle rouine i Posamenti delli Piedestalli, e Zoccoli, situati da gli Antichi nella Spina del Circo, come ne attesta il Caualiere Domenico Fontana; & il Mercati dice, che fossero i medesimi Ornamenti, e Piedestalli coperti fino all'Iscrizione antica di Caio. Secondo il predetto Mercati, il primo Zoccolo di Marmo, che vguagliaua l'altezza della Spina, ò Tela del Circo, era coperto di acqua: & è quel medesimo, che di presente serue di Posamento all'Obelisco, nel fine de'Gradini.

Domenico Fontana libro 1. fog. 23. Mercati fogl. 366.

Furono diuersi Pontefici; che ambirono di trasportare, e di muouere questa Mole, e di collocarla in luogo più nobile, e conueniente, per magnificar, come fà presentemente il prospetto del Tempio, e Piazza Vaticana. Il primo che auesse questa intenzione fù Nicolò V. il quale, come manifesta il Mercati, pensò di disporlo ad essere sostenuto da'quattro Euangelisti, e che nella cima fosse collocato il Redentore con la Croce in spalla, d'opere Corinthie indorate. Ebbero anche il pensiero di trasportare quell'Obelisco, e collocarlo doue stà di presente, Giulio II; e Paolo III. affidati per il buon esito di questo trasporto nel valore del Buonarota. Ma questi non volse cimentarsi à vna impresa sì ardua: perche forsi conosceua, che in questa sola poteua perdere quella fama, che con tanti sudori in molte altre aueua guadagnato. Anco Gregorio XIII. mostrossi desideroso di questo trasporto, mosso da vn modello di Architetto straniero: quale poi giudicato improprio, non fù messo in essecuzione.

Cap. 36. fogl. 343.

Effettuossi bensì impresa tanto gloriosa sotto il Pontificato di Sisto V; l'animo grande del quale auuezzo sempre à tentare cose magnifiche, risoluè di dar mano al trasporto. Destinò dunque vna numerosa, e dotta Congregazione de primarij Intendenti, per vedere moltissimi modelli di diuersi Ingegnieri, e Matematici. Il più degno, e practicabile fù giudicato concordemente quello del Caualiere Domenico Fontana. Fù dunque data à lui da quel Pontefice

la

la totale cura del trasporto, e dell'erezione dell'Obelisco, oue oggi si vede, il che felicemente seguì l'Anno 1586. a'10. di Settembre, in giorno di Mercordì, come porta Ceccarelli nella Vita di Sisto V. Posa quest'Obelisco con suoi Piedestalli, Zoccoli, e Gradini sopra vn fondamento plateato, ordinato dal valore di quell'Eccellente Architetto. Conoscendo questo la pochissima stabilità di quei Terreni arenosi accresciuti, fece il fondamento di figura quadrata di palmi 60. per ogni verso, e di profondità, fino al pelo dell'acqua palmi 33. Rinforzò quei Terreni dal pelo dell'acqua in giù con densi passoni di palmi 25. profondati sotto acqua, di grossezza d'vn palmo: li quali consolidano quella parte, sotto il plateato fondamento, nè potè continuare tale rinforzo di muro fino al Terreno vergine antico, per essere stato impedito dall'acque accresciute, rispetto al rialzamento del fiume, secondo che asserisce il medesimo Fontana, ma supplì con li passoni.

Lib. 1. cap. 5.

Per cagione dell'acqua, che sotto si trouò, gli fù impedito il pratticare le fondamentazioni di quell'Obelisco, come seguì di quello del Campo Marzio: à cui per difetto del Terreno labile, fù fatto il fondamento profondo, quanto era il medesimo alto, secondo Plinio. Ma con tutto ciò, non rimase di questo alcun dubio della totale sicurezza degli assodati fondamenti.

Lib. 36. cap. 10.

Auanti di mettersi à sì graue impresa del mouimento di così gran peso, fece con gran prudenza, & industria altre infinite considerazioni, per il felice fine dell'impresa. Scandagliò il Fontana quanto poteua alzare, e muouere di peso vn Argano vestito con affidati canapi, con moto di quattro Caualli gagliardi, & afficurate Traglie, à tutta forza, che non potessero spezzare il grosso canape. Riconobbe che ciascheduno Argano alzaua circa venti mila libre di peso. Destinò dunque 40. Argani per il solleuamento di libre ottocento mila, e due Leue di lunga tratta, premute à forza d'Argano, per solleuare il rimanente del peso dell'Obelisco imbragato di vn millione, quaranta trè mila, cinquecento trenta sette libre.

Da tale cognizione ordinò, che ciaschedun Argano lauorasse con moto regolato, per riceuere l'vnione del tiro; perciò si temperaua la violenza dell'vno, che necessitaua il fermarsi, stante la superiore forza del canape, e se ne ritraeua l'vguaglianza del moto medio, & anche dell'affidate Traglie doppie, poste attorno, nel Castello di legno, e con l'aiuto delle Leue. Dopo auer implorata con Sacrifizij Sua Diuina Maestà, e le diuozioni fatte da gli Operarij dentro il Tempio, auanti l'Alba, quasi nello spuntare del Sole, furono collocati ne'luoghi destinati; e cominciò il Capo Direttore, che in eminenza risiedeua, à fare suonare la Tromba, che era il segno del mouimento delle Machine. Il tutto fù bene esseguito da'Capi subordinati, che dirigeuano gli Operarij 900. con 40. Argani,

anno 1586. Septembris decimo, & Mercurij die, vt narrat Cecarellus ad fælicem perduxit exitum. Cum Stylobatis, gradibus, & Stereobatis extensis solo æquali Obeliscus nititur fundamentis; cognita enim arenosæ Telluris instabilitate, fundationis longitudine, quadrato 60. palmorum spatio, ab aquæ verò ima superficie 33. palmorum altitudine definitâ, sublicis, seù crassioribus lignis instabile solum fistucauit. Ad pristinum tamen, natiuumque Terræ stratum sublimiores in altiori Fluminis alueo aquæ vlterius progredi obstitere, vt ipse Eques Fontana prodidit, at insitis confertim humo trabeculis, totum prorsus amouit impedimentum.

Lib. 1. cap. 5.

Propter subterlabentium aquarum obicem satis non licuit excauare substructiones, vt Campi Martij contigit Obelisco, cuius ob mobilitatem, fundamenta ipsius altitudinem æquantia perfodere, secundùm Plinium; nihilominùs fundationum abundè cautum est securitati.

Lib. 36. cap. 10.

Etenim antequam Eques Fontana adeò arduum, tantique ponderis mouendi laborem aggrederetur, multa solertis viri agitauit perspicacia, ad optatum finem consequendum. Enim verò singulari explorauit industriâ, quantum pondus munita spartis densioribus, & Trochleis Ergata, & egregij circumacta quadrigæ viribus, mouere posset; compertique vicena circiter pondo millia quamlibet attollere. Earum igitur quadraginta comparauit, efferendis octocentenis millibus, quinosque prælongas vectes gerano deorsum actos, ad reliquum onus protrahendum Obelisci, decies centenis quadragies, & quinque centenis pondo millibus circumuallati.

Quibus compertis, omnes Ergatas simultaneo motu iussit animari, vt vnius celeritate alterius temperante segnitiem, Vectibus, & Trochleis in totius ligneæ contrabeationis culmine fide mobilibus adiutæ, concordes, & æquabiliter mouerentur. Implorata denique in Fano ante diluculum Diuini Numinis Maiestate, atque ante Solis ortum, suis in locis singulis Opificibus dispositis, in editiori eminens Architectus, destinatum Machinarum motui signum Tubarum edixit clangorem; tum directi à Præ-

ſidibus nongenti Opifices quadragenis Ergatis, & Equis 75. egregiè laborem exantlarunt. Dein pulſante campanâ, quâ monebantur operi ſuperſedendum, licet tenaciter coagmentatus Stylobati euulſus eſt Obeliſcus; paucisque eodem aſſurgente circumuolutionibus, onere prorſus expeditæ ſuperſtiterunt Machinæ, Artificeſque. His tamen initio, tanquam immani pondere fatiſcentibus, ingenti edito ſtrepitu, & veluti concuſſa Tellure, munitionis ligneæ tota compaginatio, effractis aliquot ex ferro cuneis, viſa eſt grauiori onere coarctari. Mirum autem quòd duodeno conamine palmis tribus, quadrante minùs elata Pyramis ſubiecto inſederit ſtrato, quo faciliùs deueheretur: quod horâ eiuſdem diei vigeſima ſecunda obtinuere, cum ſumma totius Populi alacritate, qua, tormentarijs Machinis in Platea, Vrbiſque arce, frequenter exploſis, necnon Campanarum pulſu, & Buccinarum clangore totam perfudere Ciuitatem, ipſique Opifices ad Ædes Pontificias veluti triumphantem ex opere tulerunt Architectum.

Sublatum denique Obeliſcum facilè, ſenſimque demittebant Ergatis, cui ſic inclinato Trabes ſubiecere, circinorum inſtar, cruribus diuaricatis, compactas, totum onus ſubinde dorſo excipientes, donec ſubſtrato vetriculo ſuperextenſum, aliquantumque ſubtractum lignea expedirent contignatione, facilè poſtea cum reliquis Machinis diſſoluendâ.

Confeſtim ſe poſtmodùm ad veterem Stylobatam humo erutum ſimul cum præcincto vndique Obeliſco, in deſtinatum locum à priſtino ſupra quindenas, centum cannis diſſitum, palmiſque quadragenis decliuiorum, conuehendum; atque vt rem feliciùs præſtarent, terrea vtrinque repagula coagmentatis Trabibus, & fulturis, Obeliſco ſuſtinendo idoneis contexta circumiecere, quibus eum tandem perduxere ad Situm, Stylobatæ Baſi tribus palmis ſublimiorem, circum quem ampliatum craſſius repagulum, nouam velut aream exæquauit, vbi munitoriam compaginarunt Trabeationem ad Obeliſcum Ergatis quadraginta, adhibitis etiam Vectibus erigendum.

Decimo Septembris die, anno 1586. inſtru-

e 75. Caualli. Seguito che fù il biſogno, ſi ſonò la Campana, che era il ſegno di fermarſi, in modo che fù sbarbicato, e ſolleuato l'Obeliſco felicemente, ben che foſſe molto fermamente impernato col Piedeſtallo, e con pochi giri ſi alzò per aria, in libertà delle Machine, e dominio dell'Artefice il dì 28. Aprile 1585. che nel riceuere il grauame in quel principio, ſeguì gran ſtrepito, e parue che tremaſſe la Terra. Si reſtrinſero le Machine del Caſtello, à cauſa del gran peſo, e ſcagliorno alcune cauicchie di ferro, in modo incredibile, che con dodici moſſe ſi alzò l'Obeliſco palmi 2. e 3.q. Vi fù poſto lo Straſcino, per ageuolare l'operazione, che ſeguì alle 20. ore del medeſimo giorno. Fù tale il giubilo vniuerſale del Popolo, con ſparo de mortaletti nella Piazza, con tutta l'Artiglieria della Fortezza di Caſtel S. Angelo, che vnita al ſuono delle Trombe, e Campane, rimbombò tutta la Città, e gli Operarij medeſimi prenderono l'Architetto, e lo portarono ſino al Palazzo Pontificio, per Trionfo dell'Opera.

Dopo moſſo l'Obeliſco, veniua incuruato verſo Terra, con adagiato modo da gli Argani, nella cui piegatura erano ordegni di Traui armati, compoſti à guiſa di piegature di compaſſo, che di mano, in mano il peſo pendeua ſopra il dorſo, fin che ſi reſe in piano, ſopra il Letto, ò Straſcino, e che fù tirato in diſtanza à ſufficienza, per potere liberamente disfare il Caſtello, e diſtruggere l'altre Machine anneſſe. Immediate ſi atteſe à diſſotterrare il Piedeſtallo antico, e fù condotto al luogo della nuoua erezione. Poſcia ſeguì la condotta dell'Obeliſco, con la veſtitura medeſima, in diſtanza del ſuo traſporto, canne 115; declinando il Terreno dal Poſto antico al moderno palmi 40. fù proueduto per la ſua condotta in piano di vn Argine di Terreno di buona larghezza, incatenato, e fiancheggiato ne' lati della ſua longhezza di Arcarecci, e con armatura di Traui, e rinforzi di Puntelli, per reſiſtere al gran peſo dell'Obeliſco; il quale fù condotto felicemente al nuouo luogo deſtinato, palmi trè più alto del poſamento del Piedeſtallo.

Fù accreſciuto, e dilatato, attorno il luogo della nuoua Situazione, l'Argine, in modo che formaua vna Piazza ſolleuata: ſopra la quale fù addrizzato, e compoſto il nuouo Caſtello, per l'erezione: con 44. Argani, che ſolleuarono l'Obeliſco, con altri 4. per lo ſpingimento del Piede, con le Leue.

Furono alli 10. di Settembre 1586. diſpoſti, e veſtiti gli Argani, & armato il Caſtello di Polee, e di Traglie. Fatta di nuouo l'eſperienza del moto de gli Argani, e trouatone il regolamento; per euitare la confuſione che poteua naſcere per il numeroſo Popolo, che concorſe, fù proueduto con Steccati attorno, con Guardie, & altro. Onde fù implorata, prima dell'operazione, Sua Diuina Maeſtà con Sacrifizij, & Orazioni, per il felice fine; e fatte le diuozioni

da

da tutti gli Operarij dentro la Basilica Vaticana, vscirono due ore auanti giorno, & entrarono nello Steccato. Ciascheduno al suo luogo, & vffizio; si diede con ogni attenzione principio all'impresa. Prima di ciò, tutti inginocchiati, & implorata di nuouo l'assistenza di Dio, cominciò l'Architetto, che eminentemente risiedeua, come principale Direttore, à fare suonare la Tromba; onde tutti con vnita applicazione cominciarono à dare moto à 140. Caualli degli Argani 44; con 800. Vomini di lauoro. Tutti erano attenti in modo tale, che con grand'ordine seguì l'vnione della forza delle Machine, e dallo Strato si vidde ergersi in piedi con tanta prestezza, che rese stupore, e merauiglia à gli Astanti, in vederne con tanta agilità l'erezione. Sì che piombò à perpendicolo nel destinato luogo alle 23. ore di detto giorno; doue, per allegrezza del fine di così stupenda impresa, furono fatte allegrezze infinite, con lo sparo de' Mortaletti, & applausi vniuersali. Ebbe anche l'Artefice encomij, e ricchi regali, fatti, e dati dalla magnificenza di quel gran Pontefice.

Fù così bella, & ingegnosa l'inuenzione, e modo, col quale si solleuò quell'Obelisco, che con quegli Argani ordinatamente disposti, nello spazio di poche ore fù eretto in aria. Di questa inuenzione non furono consapeuoli altri Professori in tempo degli antichi Romani, e specialmente in tempo del Magno Costantino, secondo il Mercati. Et à i detti di Plinio era diuersa la loro prattica in simile erezione, perche dice egli, che non meno di 20. mila Vomini, con numerose Traui, e con altre confuse Machine molto laboriose poteuano alzare sì fatte Moli.

Pl lib.36.

Il medesimo viene verificato da Ammiano Marcellino, che racconta, che per quello che fù inalzato da Augusto nel Circo Massimo, fù addrizzata tanta quantità di Traui, che pareua vna intiera Macchia, con vna infinità di corde, che si volgeuano intorno à numerosi Molinelli. Douette dunque il Secolo passato riconoscersi non meno fortunato, che spettatore di merauiglie, per auer veduto con tanta facilità, cioè con soli 44. Argani mossi da Caualli, con non molta Gente, e prestezza indicibile, alzare la gran Machina del Vaticano Obelisco sopra l'eminente Piedestallo. Sotto lo Spico di questo furono dalla generosità di Sisto V. poste Medaglie di oro, e di argento, con l'impronto di esso Pontefice: e nel rouerscio la Religione, e la Giustizia. Alcune altre furono con l'imagine dell' Architetto Fontana, cioè Nome, Cognome, e Patria, effetti della virtù, che fà riceuere onori di tanta stima, in vedere anche scolpito nel Piedestallo, e Lastra di Marmo il modo del solleuamento.

Lib.17.

Durerà però sempre la sua Gloria con la

fer-

instructis Trochleis, absoluerunt Ergatas, totamque contignationis compagem. Probatis iterum Geranis, Machinisque, ne ex nimia Populi frequentia oriretur confusio, septum clatris ligneis interclusum obiecere, ad gentem aditu arcendem.

Quamobrèm præmissis orationibus, & Sacrificijs, etiam in genua procumbentes Deum precibus exorarunt Opifices, septumque ingressi, suum singuli locum subiuere; vbi Buccinæ clangore admoniti, centenis supra quadragenos Equis, & octingentis Hominibus, ad motum incitarunt Ergatas, quibus, & Machinarum auxilio, quantocijs, summa omnium admiratione, horâ eiusdem diei vigesima tertia erecta, & ad normam Pyramis assurrexit. Atque ob fortunatum laboris exitum, summus Populi iubilus, & tormentorum explosio; Ipseque Architectus non encomijs solùm, sed & regijs muneribus fuit Pontificis munificentiâ illustratus.

Solers profecta, ac ingeniosa fuit methodus; quandoquidem Ergatis sagaciter substitutis, paucis admodum horis, stupendam exaltarunt Molem, cuius inscij prorsus fuere veterum Romanorum Architecti, ac potissimùm Constantini Magni temporibus, quibus, Mercato teste, Plinioque, vicenis hominum millibus, præter numerosas Trabes, Machinasque, ad simile negotium vtebantur; quod comprobat Ammianus Marcellinus, dum Pyramidem ab Augusto asserit tanta Trabium multitudine in Circo Maximo excitatam, vt Syluæ sparsis, & funibus hirsutæ, Peritrochijs quàm pluribus circumuolutis, speciem exhiberet. Præteritum igitur Sæculum fœlix debeat celebrari, ac fortunatum, quòd tam mira facilitate solis quadraginta Ergatis, per paucis Hominibus, & Equis, ita quietè; celeriterque Vaticanum attolli vidit Obeliscum, rectè Stylobati insidentem; cui aureis, argenteisque subiectis Numismatibus, in altera facie Pontificis effigiem, in altera verò Religionem, Iustitiamque præferentibus, singularis emicuit Sixti V. munificentia; in alijs verò ipsius Architecti Equitis Fontanę Patriâ, & Cognomine inustis, fama immortalis Viri commendat virtutem; necnon in Stylobate marmoreo celata est ratio, qua

Pl.lib.36

Lib 17.

extu-

extulit Obeliſcum, qui ſemper, perennis inſtar Coloſſi, æternâ ipſum gloriâ cumulabit. Quare à præmeritis abſtinebimus laudibus, quippè ex illuſtri eiuſdem Proſapiâ oriundi, vt incæptam hiſtoriam perſequamur.

Cap. 40. fol. 368.

Tradit enim Mercatus integrum Pyramidis iſtius ſcapum palmos cubicos 11544. obtinere, carris videlicet 348; & palmos 8. æquales, quilibet vero carrus palmos habet triginta cubicos, quare cognito palmaris cubi pondere; nongenta nonagies pondo millia, dempto tamen Pediſtylio, pendit Pyramis; eiuſque altitudo ab areæ planitie, ad ſummum Crucis apicem 170. palmos, & q. 1. aſſequitur; in transferenda verò, euehendaque Nummi 36975. expenſi, vt in eiuſdem Pontificis Vita innuit Ceccarellus.

Viro tamen, ob peritiam, fide digniori, magis credendũ putemus, ſcilicet Equiti Dominico Fontanę, in Libro memoranti ipſum Obeliſcum Romanorum Architecti cuborum vndena millia ſupra ducentos, & tres 85.90. ſibi vendicare, quæ cum carris ſupra tres, & ſexagenos trecentis, palmiſque circiter quatuordecim, carrus verò, Romano more, tricenis æquetur cubis; libris autem octogenis palmo cubico attributis, vt idem expertus eſt, nudus ipſius Obeliſci ſtipes nouies centena, & ſexagies pondo millia ſupra quingentas, & tricenas ſeptemque libras impetrabit.

Adhibita autem ad Obeliſci munimentum tanta ferri ſupellectile, virgis ſcilicet, Zoniſque ambientibus, Tabulatis, & Contignationibus, alijſque octogena pondo millia pendentibus, cinctus tanto muniminum apparatu Obeliſcus, decies centena, quadragies, terque librarum millia, ſupra quingentas, tricenas, & ſeptem libras excedebat.

Vigeſimo ſeptimo eiuſdem Menſis die, ſolutis Trabium compaginibus, alijſque exportatis, Obeliſcum, vt iam apparet, licuit omnibus intueri, atque ſolemni gratiarum actione inſtituta, Cruci Sanctiſſimę deuouerunt.

Quippè autem tam arduum Opus ingenioſas admodum Machinas coegit induſtriam comminiſci, eaſdem ex Auctore ipſo depromptas, quæ ſummo erunt deinceps

Arti-

fermezza dell'Opera, e con la ſtabilità dell'Obeliſco, il quale hauendo ſoda, e durabile permanenza, ſempre ricorderà al Mondo la ſua celebre virtù, & il ſuo impareggiabil valore; Tralaſceremo però le lodi di queſto gran Soggetto, benche giuſtamente li ſi deggiano, per eſſer anche Noi diſcendenti dalla di lui onoreuole Stirpe, acciò che non ſembri, quello che ſi opera per giuſtizia, operazione d'affetto. E ſeguitaremo l'Iſtoria, ſecondo il Mercati, nel ſuo libro degli Obeliſchi, dedicato à Siſto V. ſecondo le miſure, che ſi cauano da' diſegni, e da gli atteſtati del detto Mercati, il Fuſto aſſoluto di queſto Obeliſco è di palmi cubi 11544; che ſono carettate 348; e palmi 8; & ogni carettata è compoſta di palmi 30. cubi. Il ſuo peſo, per l'eſperienza fatta in vn palmo cubo, aſcende à libre 992. mila, intendendoſi però ſolo il fuſo dell'Obeliſco, come ſopra, ſenza i Piedeſtalli. L'altezza di eſſo dal Terreno della Piazza, ſino alla cima della Croce arriua à palmi 180. e 1. q; e fra il traſporto, e l'erezione di eſſo, furono ſpeſi ſcudi 36975. come porta il Ceccarelli nella Vita del detto Pontefice.

Cap. 40. fogl. 368.

Deueſi però attendere al più credibile, come aſſeriſce il Caualiere Domenico Fontana, che dice, che queſto Obeliſco ſia di palmi cubi Romani d'Architetto vndici mila, duecento, e trè 85. 90; che fanno carettate 363; e palmi 14. in circa: cioè palmi trenta cubi per carettata, alla Romana. Calcolando il peſo à libre 86. per ogni palmo cubo, ſecondo l'eſperienza dal medeſimo aſſerita, peſa il fuſo puro, e nudo dell'Obeliſco libre 963537. Aggiontaui poi la veſtitura dell'armatura, per mouerlo, cioè Verghe, Cinte di ferro, che abbracciauano, Teuoloni, Traglie, & altro, per renderlo ſicuro al mouimento, che peſauano inſieme libre ottantamila; sì che l'Obeliſco veſtito veniua à paſſare vn millione, e quaranta trè mila, cinquecento, trentaſette libre; e queſto peſo riceueua il moto da gli Argani, e dalle Leue.

Alli 27. del medeſimo meſe, ſpogliato di quelli Armamenti, e Veſtiture, comparue alla viſta del Popolo, nel modo, come ora ſi vede; il quale Obeliſco con ſolenniſſima Proceſſione fù conſacrato alla Santiſſima Croce.

E perche così marauiglioſa impreſa neceſſitò il detto Fontana ad inuentare le artifizioſe Machine per l'Erezione ſudetta, eſſendone l'inuenzione così rara, abbiamo giudicato bene, di eſporre la delineazione delle medeſime cauate da gli Originali, con gran fedeltà, di quelli del medeſimo Autore; quali nelli ſeguenti Rami vengono eſpreſſi, e ſeruiranno di gran lume à gli Arteſici nell'occorrenze.

Con queſta breue narratiua ci è parſo bene di raccontare in ſuccinto la ſoſtanza della

Iſto-

Istoria di questa notabilissima impresa: auendo lasciato in dietro molti accidenti, e minuzie, per non essere necessarie, come anche non attinenti alla sostanza dell'Opera. Chi auerà curiosità di esserne à pieno informato, potrà leggere il libro dell'Erezione delle Guglie del Caualiere Domenico Fontana, nel quale si troua ogni minima cosa.

Ad inserire in quest'Opera il successo dell'Erezione dell'Obelisco, non ci hà mosso l'affezione della Parentela, per rauuiuare al Mondo questa gloriosa, e singolare azzione di sì grand'Vomo; ma bensì, perche conuiene con la serie dell'altre cose, seguite nel Vaticano; come anche per facilitar più a' Dilettanti le notizie, per la rarità del Libro, che ne tratta, essendosi smarriti i Rami per le Stampe.

CAPITOLO V.

De gl'Istromenti, che seruirono per il trasporto dell'Obelisco.

ACciò venghino intesi, e significati i nomi de' principali Istromenti, seruiti alle Machine, e trasporto dell'Obelisco, i quali vengono nominati ne' seguenti Capitoli: gli abbiamo delineati, acciò si possano comprendere le loro qualità, e forme, per venir in cognizione delle loro operazioni, & effetti: come anche il modo di comporli, e fabricarli. L'Istromento primario è chiamato communemente Argano, e se ne mostrano quì la Pianta, Profilo, e veduta.

Siè

Artificibus emolumento, censuimus accuratè elucubrandas.

Sic tandem Nobis visum est breuiter tam gloriosi laboris historiam perstringere, multis superuacaneis, & ad rem nostram minimè attinentibus prætermissis, quorum qui cupidus fuerit, ipsius Equitis Fontanæ Librum de Obelisci erectione consulat. Ad illud commemorandum; Nos minimè adegit mutua sanguinis affinitas, ad tam inclyti Viri memoriam, verùm quia rerum ad Vaticanum spectantium id postulat series, atque ne eius Libri æreis Tabellis incendio absumptis, tam præclaræ cum ipso cognitiones simul interirent.

CAPVT V.

De Instrumentis ad exportandum Obeliscum vsurpatis.

VT Instrumenta, Machinæque ad transferendum Obeliscum adhibitæ, probè intelligantur, ea quidem putauimus delineanda, vt ex eorum formâ, vires, & potentia meliùs percipiantur, ac si opus erit, ea possint elaborare; præcipuum autem inter ea locum sibi vindicat Peritrochium, seù Polyspastos.

Adiecta

Adiecta est Scala palmorum 20. Romanorum, ad omnes Ergatæ, lignorumque eam constituentium dimensiones inuestigandas.

Instrumentorum Index.

1 Dispaſtos æreis constans orbiculis, ferreo loculamento inditis, ad tractiones moderandas.
2 Intima Dispasti species.
3 Dispaſtos, ferreo instructus loculamento, duabusque rotulis, sibi superpositis, ad motuum varietatem eliciendam.
4 Monospaſtos, æneo præditus orbiculo.
5 Ferrea vincula cum clauis, quibus Antennæ simul colligantur.
6 Erismata, seù prælongiores Trochi, Teretes, & Lignei, ferreisque fibulis eorum capitibus circumductis, Obelisci Strato subiecti, ad faciliorem ipsius impetrandam volubilitatem.
7 Ferrea dismata, tignis apta, validiùs copulandis.
8 Minores Polyspasti.
9 Trochlearum orbiculi.
10 Clauiculæ lignis coniugandis idoneæ, & veluti rotularum Syriechmata, siuè earundem vincula.
11 Æneus Polyspasti orbiculus.
12 Exaspaſtos loculamento ferreo insitus, quo vires ad mitigatos motus augebantur.
13 Intima Polyspasti forma enucleatur.
14 Aliud Trochlearum genus cum Theca ferrea exhibetur, æneoque orbiculo.
15 Alterius Trochleæ typus, thecâ ferreâ amictæ, æneumque orbiculum excipientis.

Intimæ

Si è posta la Scaletta di palm. 20. Romani, per le misure dell' Argano, sì per la longhezza, & altezza, come anche per li legni, che lo compongono.

Indice degl Istromenti da moto seruiti come sopra.

1 Traglia doppia, con Cassa di Ferro, e due Girelle di metallo, che seruì per il moto più regolato.
2 Si dimostra il di dentro della Cassa della detta Traglia.
3 Traglia con Cassa di ferro, e due Girelle, per li moti contrarij, vno superiore, e l'altro inferiore.
4 Cassa della Polea, con Girella di metallo.
5 Staffe di ferro, con Cauicchie, che concatenauano le collegazioni dell' Antenne, ò Colonne.
6 Curli di legno duro, con anelli di ferro, nelle teste, situati sotto lo Strascino, ò letto dell' Obelisco: mediante i quali esso si conduceua.
7 Zeppe di ferro, che seruiuano nelle collegazioni.
8 Traglie di minore grandezza dell' altra.
9 Forma delle Girelle delle Polee.
10 Cauicchie per le collegazioni de' legni, e per perno delle girelle.
11 Forma della Girella di metallo per le Traglie.
12 Traglia doppia, con Cassa di ferro, e sei Girelle, per la moltiplicità circolare, e per temprare il moto della Machina.
13 Profilo, che dimostra il di dentro della Traglia.
14 Altra forma di Polee, con Cassa di ferro, e Girella di metallo.
15 Forma di Polea, con Cassa tonda di ferro, e Girelle di metallo.
16 Si dimostra il di dentro della Polea.

Polea

17 Polea, ò Girella, con Cassa di legno, per li pesi ordinarij.
18 Veduta dell' Argano.
19 Profilo dell' Argano.
20 Pianta dell' Argano.
21 Scala di palmi 20. per l' Argano.

16 Intimæ partes Trochleæ deteguntur.
17 Trochlea ligneo inclusa loculamento, & leuioribus solùm ponderit apta permouendis.
18 Machinæ tractoriæ prospectus.
19 Ergatæ directio.
20 Organi tractorij Ichnographia.
21 Scala palm. 20. propter Ergatam.

CAPVT VI.

Veteris Situs Obelisci vestigium, Machinarumque ad eundem traducendum.

QVippe ad Molem adeò ingentem è pristino Situ dimouendam, amplum circumuoluendis Ergatis, absque Hominum, Equorumque collaborantium interpellatione, requirebatur interuallum, quod etiam varijs sufficeret spartorum flexibus; quorum vi, ac fidelitate, ante operis exordium, trahente validiùs quadrigâ, exploratis, ex optimo eorum contextu, egregiaque crassitie optatum finem impetrarunt.

Index.

A Hierothecæ Ichnographia, in qua tria circumagebantur Peritrochia.

B Gemina in eiusdem Sacrarij pariete foramina, funibus, ipsiusque Obelisci, deorsum inflectendi, basi, intus excipiendis.

C Fastigij, & Canteriorum munimenti lignei typus, in quo Trochlearum exarantur loculamenta, necnon trifarius dispastas, singulis duo Gerana circumuoluentibus:

D Locus extra clatratum septum, vbi ligneis erismatibus, seù fulcris Strato, ad motum subiectis, illud etiam erigendæ Pyramidi supposuerunt.

E Frons Obelisci ad Aquilonem vergens, loca Trochleis impedita exhibens.

F Frons altera ad Ortum spectans.

G Tertia facies ad Occasum obuersa.

H Facies quarta Austro obiecta.

I Zonæ ferreę densiores, quę virgas, Obeliscum munientes, opes phærularum, ijsdem consultò insitarum, arctissimè constringebant, ne forte scaporum desuper in ijs paululum syndesmi, seù annuli vacillarent.

K Virgæ ferreæ, quæ subter, imum am-

ple-

CAPITOLO VI.

Pianta del Posto antico dell'Obelisco, con la situazione delle Machine per mouerlo.

PER muouere dal suo antico luogo questa formidabile Machina, conuenne vn spazioso Sito, per la situazione de gli Argani, acciò fra di loro auessero vn adequato luogo, per il loro giro, senza impedimento de gli Vomini, e Caualli, fra li medesimi nell'atto dell' operazione: & anche per le piegature necessarie de' canapi, che furono numerosi. Prima si esperimentò di questi la sincerità dal tormento, e tiro forzato di quattro Caualli, auanti l'effettuazione dell'opera, perche dalla bene intesa tessitura, e grossezza di essi, se ne ottenne la fedeltà nell'operazione.

Indice.

A Pianta della Sagrestia: dentro la quale lauorarono trè Argani.

B Due aperture fatte ne' Muri della sudetta, per il passaggio de' Canapi, e doue l'Obelisco doueua entrare col piede, quando si abbassaua.

C Forma del Tetto, ò Incauallature, sopra il Castello: che mostra i luoghi, doue erano attaccate le Traglie; trè delle quali erano doppie, segnate con due numeri, in segno che ciascuna rispondeua à due Argani.

D Obelisco posato sopra lo Strascino, e calato, che entraua palmi 60. dentro la Sagrestia.

E Prima facciata dell' Obelisco, che staua voltata verso Tramontana, e mostra i luoghi, ne' quali erano attaccate le Traglie.

F Seconda facciata verso Leuante.

G Terza facciata verso Ponente.

H Quarta facciata verso Mezzogiorno.

I Cerchi di ferro grossi, i quali teneuano strette le verghe di ferro, che armauano l'Obelisco, con alcuni bottoni fatti à posta, acciò essi non potessero scorrere all' insù ne' nodi de' maschietti.

K Verghe di ferro, quali abbracciando il piede di sotto, s' estendeuano per tutte quattro le faccie dell'Obelisco.

L Nodi, che congiongeuano le Verghe insieme, à foggia di maschietti.

R Parte

M Parte della Pianta della Fabbrica nuoua di S. Pietro.
N Parte della Pianta della Chiesa vecchia.
O Andito del Porticale di S.Pietro.
P Parte della Pianta d'alcune Case di Campo Santo.
Q Luogo doue ſtaua il Caſtello.
R Situazione delli Argani, e ſuo numero. Le lettere H, e C, con li numeri contigui, dentro i cerchij de gli Argani, denotano quanti Vomini, e Caualli erano in ciaſcheduno, e lauorauano, come ſi vede nella figura, e parte inferiore del preſente diſegno.
S Si dimoſtrano le cinque Traglie, fermate nella Volta della Sacriſtia.
T Si dimoſtra la punta dell'Obeliſco, cinta con cinque Traglie legatte, corriſpondenti all'altre cinque della Volta: le quali tirarono à ſe, dentro la Sacriſtia, l'Obeliſco, nell'atto, che calaua verſo Terra.

plectentes, quaternas Obeliſci facies comitabantur.
L Ferrei ſyndeſmi, ſeù fibulæ quæ virgas, veluti cardinales Scapi connectebant.
M Noua S. Petri Baſilica partim exhibetur.
N Partis Templi veteris delineatio.
O Hypothyrum, ſeù Diui Petri Porta maior.
P Nonnullarum Ædium Agri Sancti veſtigium.
Q Typus æneï ſynechmatis, ſeù vinculi pondo ſexcentarum, Obeliſco ſubſtituti.
R Sphærulæ cum ſynechmate pondo octingentis æqualis totæq; ſimul conflatæ.
Characteres H, C, cum arithmis, Geranorum cyclis, inſcriptis, Hominum, Equorumque numerum indicant, vt ima pars exponit Iconiſmi.
S Polyſpaſti, in Hierophilacij teſtudine collocati.
T Obeliſci apex, quinis inſtructus Ergatis, cum alijs quinque, fornici adiunctis, ſenſim ſubterlabentem Obeliſcũ, in hiantem admouentibus Hierothecam.

CAPVT VII.

Contignationis ex varijs Trabibus, & Lignis coagmentatæ, ad facillimam Obelisci exaltationem typus delineatur.

G. Legni cioé Caualli dell' incauallatura maggiore
H. Legni Trauersali di mezzo.
I. Legni Simili latterali
K. Legni che fanno officio di Pontelli
L. Sbadacchio fra longhiature
M. Corda maggiore
N. Paradossi maggiori
O. Monaco maggiore
P. Sbadacchj ó siano Pontelli.
Q. Paradossi minori.
R. Sbadacchj Trauersali.
S. Muro della uolta
T. Pezzi di trauertino in Essa
V. Sesto ó sia Ponto della uolta

REGOLA

Diuidasi il uano in parti Vguali N°. 1.2.3. 4.5. 6.7.8.
Dal ponto B. al N°. 2. alzato al N°. 6. luoco della Corda minore.
Dal ponto B. al N°. 7. alzato al N°. 9. luoco della Corda maggiore.
Dal ponto B. al N°. 10. luoco delle ogniature e linea delli Sbadacchj.
Dal N°. 3. per la perpendicolare al N°. 11. luoco dell' Incauallatura maggiore.

Scala di Palmi 100 Romani.

10 20 30 40 50 60 70 80 90 100

Eques Carolus Fontana Delin. — Alex. Spec. Sculp.

CAPVT XXXVI.

De Ichnographijs, Orthographijs, ac generalibus Prospectibus Templi, Porticuum, Platearumque vti recentèr se habent, cum adiunctis Porticibus, quæ proponuntur.

NON alia ex causa Prælo non subiecimus, Ichnographias, ac Orthographias magnæ Vaticanæ Molis, omnes penè eiusdem æqualis Scalæ palmorum, certa magnitudine præditorum; donèc Circino faciliter consequi possent exactas mensuras, etiam minutorum membrorum, nisi quia stante Molis pondere, ac vastitate haud facile manibus peruolutari possent. Ne ergo Nos tali defectui obuiam eamus, delineauimus, incidimusque opus in varias, ac sanè, sufficientes partes, aptæ ad demonstrandum, quod exprimitur; qua de causa opus consequuti sumus facilis peruolutationis, & lectionis; Verum etiam adimpleuimus vt expresè haberentur in sequentibus Iconibus idem Templum, & Porticus delineatæ breui in pagina, ab vna sola Scala, ac palmorum mensura productæ, vt cerni valeant partes illæ, quę totum suę circumscriptionis componũt.

In I. Icone repręsentatur Frons, atq; Geometricus Templi Prospectus cum sua exacta, ac penè propria circumscriptionis totius, & partium.

In II. Icone repræsentatur Templi Ichnographia cum Plateis, Porticibusque, vti recens conspicitur.

In III. Icone repetitur cum adiunctis eadem Porticibus, quæ struendi promittuntur.

In IV. Icone repræsentatur pars longa, aut Templi Orthographia, cum interiori Brachiorum prospectu, ac Porticuum vti recèns habetur.

In V. Icone Porticus repetuntur cum interiori earumdem Prospectu, cum alio latere à Nobis proposito antè Templum, simul cum Turri Campanaria, & Horologio.

In VI. demùm Icone repræsentatur exterior Templi latus Boream versus, cũ Tholo.

LIBRI QVINTI FINIS.

CAPITOLO XXXVI.

Delle Piante, Profili, e Prospetti generali del Tempio, Portici, e Piazze, come al presente si trouano, con le aggiunte de' Portici, che si propongono.

LA cagione, per la quale non sia da Noi stata data alle Stampe le Piante, e Profili della gran Mole Vaticana tutti d'vna eguale Scaletta di palmi di tal grandezza, che con il compasso si haueſsero potute ottenere l'esatte misure, anche de piccioli membri, & ornati, e perche sarebbero riusciti, stante la vastità della Machina, di non ordinaria grandezza, & i volumi di gran peso scommodi à maneggiarli. Per non incorrer dunque à tal difetto abbiamo delineato, & inciso l'opera in varie proporzioni sufficienti, & atte alla dimostranza, & intelligenza di quello si esprime, con che si è ottenuta l'opera di non straordinaria misura. Con tuttociò abbiamo anche sodisfatto di hauer esposto nelle seguenti Tauole il medesimo Tempio, e Portici delineati in piccola proporzione regolati da vna sola Scala, e misura de palmi, acciò si possino scorgere quelle parti, che compongono il tutto del suo contorno, e si ammirano quelle belle simetrie di questa Machina, come nelle seguenti Tauole si esprimono.

Nella prima Tauola si rappresenta la Facciata, e prospetto del Tempio geometrico, con il suo giusto, & esatto contorno del tutto, e delle parti.

Nella seconda Tauola si rappresenta la Pianta del Tempio con Piazze, e Portici nello stato presente.

Nella terza Tauola si replicano le medesime con l'aggiunta de' Portici, che si propongono da farsi.

Nella quarta Tauola si rappresenta la Settione longa, ò sia Profilo del Tempio, con il Prospetto interiore delli Bracci, e Portici nello stato presente.

Nella quinta Tauola si replicano li medesimi, con il Prospetto interiore de' Portici da aggiungersi con l'altro, che riguarda il Tempio, con il Campanile, ò Orologio.

Nella sesta Tauola si rappresenta il fianco esteriore del Tempio verso Tramontana, con la Cupola.

FINE DEL QVINTO LIBRO.

Frons, Proſpectuſque Vaticani Templi.

I N D E X.

A Scalarum latera; ex Platæa Templum aſcendentes.
B Anterioris, poſteriorisque partis Templi ambulationes.
C Ianuæ, vel præcipui ingreſſus) Porticus,
D Portæ, ingreſſuſue minores) Templiq;
E Locus Pontificiæ Benedictionis.
F Tholi minores.
G Solea maxima, ſiuè marmorea ſtrues Tholi maioris.
H Secunda Solea rotunda.
I Tholi maioris Tympanum.
K Signorum margo.
L Hemiſphærium.

FACCIATA E PROSPETTO DEL TEMPIO VATICANO.

L
K K
I I
H
F G F
E
C D C D C
B A B

INDICE

A. Branche di Scale che dalla Piazza ascendono al Tempio.

B. Passaggi dalla parte d'auanti all' altra Posteriore del Tempio.

C. Porte ò Ingressi principali } al Portico et al Tempio.

D. Porte ò Ingressi minori. }

E. Loco doue si dà la Beneditione Pontificia.

F. Cuppole minori.

G. Zoccolone ò primi massi della Cuppola maggiore.

H. Secondo zoccolone tondo.

I. Tamburo della Cuppola maggiore.

K. Risegha doue uanno le statue per finimento.

L. Lanterna.

Scala di Palmi 400. Romani

50 100 200 300 400

Eques Carolus Fontana Delin:

Alex.ʳ Spec.ʰⁱ Sculp.

FIANCO GEOMETRICO DEL TEMPIO VATICANO VERSO LEVANTE

Scala di Palmi 900. Romani.

100 200 300

Eques Carolus Fontana Delin.

Alex.r Spec.us Sculp

LIBRO VI.

Notizie circa le Spese del Tempio Vaticano, e di quello di Salomone,

DESCRITTE

DAL CAV. CARLO FONTANA

Ministro Deputato del detto Famoso Tempio, & Architetto.

LIBER VI.

Notitiæ de Vaticani Templi Impensis, ac Fani Salomonis.

EDITAE ITALICO IDIOMATE

AB EQVITE CAROLO FONTANA

Præfati Templi Ministro, atque Architecto.

Linguæ verò latinæ commissa.

A Ioa: Ios: Bonnerüe de S. Romain.

LIBER VI.

CAPVT PRIMVM.

Templi Salomonis Impensæ.

SI Sacros Codices consulamus, ac Villalpandum, Dauid aurea centies mille talenta, & decies centena argenteorum millia, præter Ferri immensam, ligni, aliorumque congeriem, apparasse comperitur. Auro ibidem, Argentoque vasis conflendis, necnon Ære, cœterisq; metallis affatim cumulatis, septies Argenti optime repurgati, Aurique obrizi ter mille talenta, Fani parietibus adiecit illiniendis; quæ plerique Potentissimi Principes Regijs planè, ac insignioribus donis, ad erigendum Fanum adauxere. Præterea Auri quinque, Solidorum decem, totidem Argenti, Æris octodecim, centum ferri Talentorum millia congessit. Quibus vniuersim trutinatis, Auri centum, & octo Talentorum, & tria Syclorum millia; decies centena Argenti Talentorum millia connumerantur. Sabellicus autem aurea decies, argentea verò centies mille Talenta à Dauide collecta, præter æream ingentem vasorum supellectilem, Templo in sumpta commoliendo asseuerat. Homines vehendis oneribus, alijsque, septuagies mille: Lapidicinarumque laboribus in montes octogies mille incubuere. Istis verò præter tria millia, trecenti artis periti præfuere. *Fuerunt itaque*, aiunt Sacri Codices: *Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant, & octoginta millia Latomorum in monte absque Præpositis, qui præerant singulis operibus, numero trium millium trecentorum, præcipientium Populo, & ijs qui faciebant opus.*

Lib.9.fol. 97.

Lib.3.Reg. cap.5.

Verum si Sabellici, ac Villalpandi inuicem conferantur assertiones, enorme inter eas versari discrimen animaduertemus. Siquidem Sabellicus, vsurpato decem millium numero, si non ipse saltem longè Impressor videatur allucinari; Sacris idcircò putemus adhærendum codicillis.

LIBRO VI.

CAPITOLO PRIMO.

Delle Spese del Tempio di Salomone.

DAlle notizie, che ci dà il Villalpandi, con il Testo della Sacra Scrittura per la spesa, che preparò Dauide, per il Tempio di Salomone, per l'erezione del Tempio, ò per la Casa di Dio, ci furono Talenti d'Oro centomila, & vn milione di Talenti d'Argento, oltre i ferramenti, legni, & altre cose. Vi fù anche altro preparamento per li Vasi d'Oro, e d'Argento, Bronzo, e Metallo, oltre il preparato per la fabrica, di trè mila Talenti d'Oro Ofirio, e sette mila Talenti d'Argento finissimo, per indorare le mura del Tempio. Vi furono anche de regali per questo grand'Edifizio della Casa di Dio, fatti da diuersi Principi per il lauoro, che furono cinque mila Talenti d'Argento, dieci mila talenti di Bronzo, cento mila di Ferro. Di più tutti quegli, ch'aueuano marmi, e pietre le diedero in tesoro della Casa di Dio. Si che in tutto sono cento, & otto mila Talenti; in oltre dieci solidi, cioè Sicli trè mila d'Oro, e poi vn milione, e diecisette mila Talenti d'Argento.

Da quello, che si caua da Sabellico, si vede, che il Tempio di Salomone fosse fatto con spesa di dieci mila Talenti d'Oro, e centomila d'Argento, preparati da Dauide, per fare l'Edifizio; oltre la spesa immensa nell'opere Metalliche de' Vasi, li quali ornauano il Tempio. Vi si impiegarono d'Vomini, li quali portauano pesi, & altro, settanta mila, e ne'lauori di Pietra sopra il Monte, ottanta mila, alli quali commandauano, e soprasiedeuano tremila, e trecento Maestri. *Fuerunt itaque*, sono parole della Sacra Bibia, *Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant, & octoginta millia Latomorum in monte, absque Præpositis, qui præerant singulis operibus numero trium millium trecentorum, præcipientium Populo, & ijs, qui faciebant opus.*

Lib.9.fol. 97.

Lib.3. de' Rè cap.5.

Asserisce il Sabellico, contrario al Villalpandi, essersi spesi Talenti d'Oro dieci mila, quando il Villalpandi dice cento mila; onde è verisimile, che sia fallo di Stampa; Però deuesi attendere alla minuta descrizzione del Testo della S.Scrittura, doue vederassi insussistente il parer del Sabellico in vna Fabrica, così immensa, nella quale si consumò infinità d'Oro nell'indorature solamente del Pauimento, delle Scolture, e delle Colonne.

CAPITOLO II.

Delle spese fatte per l'Edifizio del Tempio Vaticano, Portici, Piazze, e Fontane.

COme abbiamo procurato di dimostrare le misure, e regole tenute, nell' Edificazione del Tempio, con esattezza più possibile, pare che non debbano restare in dietro le notizie delle spese iui impiegate da Giulio II. fino al presente giorno, già scorsi anni 188. dall' origine dell'Edifizio.

Per potere notificare dunque il preciso conto del denaro speso; il vero modo sarebbe fare le somme delli conti, note, e misure, quali non appariscono pienamente negli Archiuij, e Computistarie smarrite, forsi, ò dagli accidenti dell' inondazioni, ò per trascuraggine delli Ministri, siche quel modo viene escluso.

Abbiamo però preso espediente d'indagarne il valore per altro verso, benche faticoso: e si è cauato dalle misure, sì delle Piante, come del li Profili, la somma delle materie, che sono andate nell'erezione delli Muri, e Pareti, che compongono il Tempio, e Portici. E benche non sia forsi per essere così esatto, almeno sarà sufficiente à far vedere vno scandaglio verificato del denaro speso in questa gran Machina.

Nel Capitolo già detto della regola tenuta per l'assegna del sito, per il Vacuo, e l'altro delle Pareti del Tempio, si è trouato che vna quarta parte del Tempio in quella banda, doue risiede la Cupola, dentro la circonferenza, che circonscriue l'estensione, contiene materiali, compresi li fondamenti, e tutta l'eleuazione, per cubi d Architetto, dieci milioni, cento due mila. Onde aggionteui l'altre parti simili immediate, che fanno il composto coll'altre due calcolate parti, che prolongano il Tempio fatto da Paolo V; annouerati in oltre li Portici circolari, Bracci, ò Corridori, che circuiscono le Piazze, con le Chiauiche sotterranee, per lo spurgo delle acque del Tempio, Piazze, & acquedotti delle Fontane, cioè di tutti li Muri, e Pareti degli Edifizij di questa gran Machina; ascende il tutto à cento vndici milioni, e cento ventidue mila palmi cubi tra gli occulti, e visibili. Questo calcolo potrà riconoscersi da chi hà esperienza, e cognizione di questa nobilissima professione.

Di trè specie di materiali è il composto de' palmi cubi, cioè pietra Tiburtina, muri de'fondamenti occulti, e l'altro di materia lateritia, cioè teuolozza, e mattoni. Soprabbonda però in queste trè qualità il Trauertino, che ne ot-

tiene

CAPVT II.

De Templi Vaticani, Ambulacrorum, Plateæ Fontiumque impensis.

CVM mensuras, modulosque in Vaticani Templi constructione obseruatos, quàm diligentissimè indigitauimus, tum factis à Iulio II. ad hodiernum tempus, centum nempe & octoginta octo annorum interuallo, impensis minimè supersedendum existimauimus.

Nisi Archiuij, aut eluuionibus, aut Ministrorum euanuissent incuriâ, computa, notæ, ac dimensiones, veram vtique indagandis accuratè sumptibus viam patefecissent; sed illis iam deperditis, aliud reoritur, difficilius licèt, ineundum. Eas igitur expensas, ex Ichnographicis, Orthographicisque, Delineationibus, ac Parietum mensuris, Templum, eiusque Ambulationes præcingentium eruemus; ex quibus ingens pecuniæ summa in tantæ Molis extructione absumpta satis innotescat.

Ex situs amplitudine, Faniq; muris antehac designatis, quartam illius partem intimo circumextensi Hemisphærij ambitu definitam, cum fundamentis, cubicorum Architectonicæ decem milliones, centum & duo millia palmorum obtinere comperimus. Additis tribus alijs partibus, cum duabus iam putatis Fanum vtrinque porrigentibus, Sphæricis etiam Porticibus, & Ambulacris Plateas complectentibus, subterraneis itidem colluuiarijs, Fontium canalibus, Plateis, atque totius Ædificij substructionibus adnumeratis, centum & vndecim milliones præter centum, & viginti duo palmorum millia recensentur; neque illud viris Architectonicæ peritis mirum videatur.

Palmi cubici è triplici materie, Lateritiâ nempe, Tiburtino lapide, occultisque fundationum muris coalescunt. Inter ea saxum Tiburtinum, præ cœteris copiosum, duos fabricæ totius trientes sibi vendicat; quia ellypticæ Ambulationes, extima Tem-

pli,

pli, partimque intima species ex lapide Tiburtino constructæ intuenti omnino apparent. Adeò vt tertia solùm parte, fundamina, & Parietes compacta, singulique palmi Tiburtini lapidis pretium, tertia parte minus assequi censeantur.

Animaduertendum itaque saxa Tiburtina quatuordecim ab hinc milliaribus traducenda; quæ expolita, & Coronis, alijsque cœlatis ornatibus insignita ambiunt Templum. Illis si ferrei adhibeantur sindesmi, Ergatæ, Polyspasti, aliæque machinæ in sublimè promouentes, quantùm perpetuâ huiuscemodi laboris experientiâ edocemur, palmum ex Tiburtino simul, ac cæmentitio Pariete constantem tricenos duosq; asses, ac semissem æstimamus. Eidem itaque pretio, centum & vndecim milliones, præter centum, & viginti duo millia palmorum, æquiparati, sex & tricenos milliones, supra centum, & quatuordecim millia, & sexcentos quinquaginta Romanæ monetæ nummos adæquabunt.

Huic præterea summæ alterius materiei pretium est adijciendum, eorum scilicet, quæ ad Fani tutamen conferunt, ac decorem. Inter ea præcipuum sibi vendicant locum Sphæra Ænea, Ferro circummunita: magna Plumbi copia, quæ Tholum extrinsecus tuetur: intimorum Musiuorum ornamenta: Aurum interiùs Tympanum illustrans: vermiculata quatuor Angulorum opera, cum orbiculari Corona. His adde Tecta aquas à Fano propulsantia; marmorata, ac cœlaturas imos Templi Fornices, maiorum nempe, minorumque Ambulationum insignientes. Decem ad hæc accedunt Hemisphæria, cum Tympanis, & intimo Musiuorum ornatu: marmora nimirum, anaglyptica Mœnianorum opera, cum subiectis totidem Loculamentis: intus hiantia quatuor Simulacra: ambiens Templum Coronix, Epystilio, Zophoroque nobilitata. Insuper Altarium ornamenta, cum pretiosis cælaminibus, ac picturis: imæ etiam Parastades, variègatis lapidibus distinctæ: signa ex albario; Sacella variè locupletata, ac stratum diuersi coloribus saxis Pauimentum. Permagni quoque facienda vulgò nuncupata Confessio: vbi SS. Apostolorum Petri, & Pauli asseruantur Reliquiæ. Eucharistiæ

pari-

tiene due terzi: stante che li Portici circolari, e l'esteriorità del Tempio compariscono all'occhio tutto Trauertino: come anche gran parte nell'interiorità del medesimo. Siche la terza parte rimanente è il materiale, che fà fondamenti, e ripieno alle Pareti, per la necessaria collegazione; e perciò deuesi valutare ogni palmo cubo in proporzione di due terzi del costo di Trauertino; e l'altro terzo di muro, per cauarne il prezzo raguagliato.

E' da considerarsi, che la pietra Tiburtina condotta da 14. miglia in circa lontano da Roma, e lauorata sì de' piani, come degli scorniciamenti retti, & obliqui, con gli intagli degli Ornati, che vestono il Tempio della medesima pietra, posta in opera, con quelle quadrature, le legature, cioè spranghe di ferro piombate con li ponti, & ordegni, per alzarli in quell'eminenza; per l'esperienza che abbiamo di simile valutazione delli lauori quotidiani del Tempio costa alla Reuerenda Fabrica ciaschedun palmo, fra il muro, e trauertino, baiocchi 32. e mezzo. Valutasi à questo prezzo li cento, vndici milioni, e cento, ventidue mila palmi, ascendono à trentasei milioni, cento quattordici mila, e sei cento cinquanta scudi di moneta Romana.

Si deue in oltre aggiongere à questa somma il prezzo degli altri materiali, come di quelli, che nobilitano, difendono, & assicurano l'Edifizio, come sarebbe la Palla della Lanterna, con li Ferri attorno, e dentro di essa, la quantità di Piombo, che difende la Cupola esternamente; li Musaici, che l'ornano internamente, con gli ornati dell'Oro del Tamburo interiore, Musaici delli quattro Angoli, e Cornicione circolare; coperture per difendere il Tempio dall'acque, Ornati di Stucchi, & intagli sotto le Volte, che cuoprono il Tempio, sì delle Nauate maggiori, come delle minori. Di più dieci Cupole picciole, e suoi Tamburi, Ornati interni di Musaici di esse, Ornamenti di marmi, Bassi rilieui delle quattro Ringhiere, due Piloni, con le quattro Nicchie sotto di esse, e quattro Statue isolate dentro, il Cornicione principale, che ricorre attorno il Tempio, con suo Architraue, Fregio, & Ornati, che vestono li siti degli Altari, con Pitture, e Sculture di gran prezzo. Le vestiture delli Pilastri inferiori, di varij mischij, Statue di Stucchi, ornamenti delle Capelle, Pauimento di mischij, Confessione, doue risiedono le Reliquie de' Santi Apostoli Pietro, e Paolo: il Ciborio, parte di getto di Metallo, e Rame lauorato, con ferri, & oro à fuoco; la Scalinata attorno quel Ciborio, le Pitture, e marmi de' sotterranei: la Catedra, con Statue di Metallo, & Oro à fuoco di Zecchini, ferri, mischi, e Stucchi. Li Depositi de' Pontefici, Stucchi, Bassi rilieui, Statue, Pauimenti, Pilastri del Portico auanti il Tempio, le Statue della Facciata, Vitriate, Cancelli di ferro sotto del medesimo, e dentro il Tempio. Le Scale, il materiale, e valore di due Fontane, che sono nella Piazza,

con

con 600. oncie d'acqua, che l'ornano. L'erezione della Guglia, con 128. Colonne dentro il Tempio, situate negli ornati degli Altari, parte di Granito Orientale, e parte di Mischio moderno, di altezza l'vna palmi 40. senza Base, e Capitelli di marmo. Si è trouato il suo valore, compreso il Capitello, e Basi lauorate, e poste à opera, essere di scudi 1850. l'vna: e tutte insieme le dette Colonne ascendono alla somma di scudi due cento, trenta sei mila, & otto cento. Ma perche potrebbe portare tedio la lettura si longa in assegnare, e mostrare li prezzi di ciaschedun' ornamento, & altro; ne abbiamo perciò fatto vn breue ristretto, il quale ascende à dieci milioni, & ottocento mila, cinquecento trentatrè. Siche il prezzo, e valore di tutto il Tempio, cioè di quello, che si vede di presente ascende alla somma di quaranta sei milioni, otto cento mila. quattrocento nouanta otto scudi di moneta Romana, di Giulij dieci per scudo.

In questa somma non vi sono comprese le spese di tanti modelli, e muri demoliti, per ridurre il Tempio, come di presente si troua; ne anche la spesa del Campanile, fatto fare da Vrbano VIII; che costò sopra cento mila scudi; e scudi dodici mila in circa ne costò la demolizione. Da quì si può arguire quante siano state le spese impiegate nel disfacimento sì de' muri, come di altri lauori, non essendoui comprese le prouisioni delli Ministri del Tempio, & altre spese.

Non vi è anche nella sopradetta somma compreso il valore, e prezzo delle supellettili Ecclesiastiche, cioè Candelieri di Argento, e Metallo, con Torcieri, Apparati del Tempio di Damasco, con trine d'Oro, con Lampadari, & altri Vasi, per le funzioni Pontificali, di varie qualità, con Calici d'Argento, & Oro: nè tampoco i donatiui di molte cose preziose, fatte da Costantino, e da Carlo Magno, con altri, che si tralasciano, considerandoli anche questi in vna gran somma di valore, e prezzo.

pariter Sedes ex cælato Ære; ferroque, inusto affatim Auro resplendente, cum Scala eidem circumrepente, Picturis, ac micantibus marmore subterraneis. Eorum auget pretium Cathedra, signis Æneis, inustoq; Auro splendidis, collucés; Summorum item Pontificum Mausolæa, albaria, prominentiores Cælaturæ, Statuæ, Pauimenta, Prostyliorum Templi Parastades, Frontis Simulacra, Ostiaque vitrea cum clateris ferreis eisdem suppositis, ea, quæ Fano impertiunt lucem, Scalæ, & duorum Fontium, in Platea scaturientium, materies, cum sexcentis aquarum vncijs effluentibus: Pyramidis erectio, cum 128. Columnis, Ædis Sacræ Aras decorantibus, partim ex sienite, partim ex variegato marmore: quarum altitudo, demptis Basibus, & Capitulis marmoreis, quadraginta obtinet palmos. Istarum quælibet Capitulo, Spirâque additis, ac omnino perfecta, 1850. absumpsit nummos: adeout pro vniuersis 236. millia, 800. expensos comperiamus. Verùm ne in pretijs cuiuslibet ornamenti recensendis Lectori tędiũ patiatur, ea, decies mille millia, cum 800. millibus, & 532. pretium esse cognouimus. Quamobrem Fani totius pretium 46. mille millia, cum 800. millibus, 498. nummis, Romanæ monetæ, decem vtiq; iulijs nummo æquiualente, adæquauit.

Inter ea tot Typorum, ac disiectorum Parietum, quibus Fanum ad præsentem statum redegere, prætermisi sumptus: eosque, quos Vrbanus VIII. in excitando Campanili, 100. nempe millia, & ampliùs, ac in eodem deturbando, 12. circiter millia nummorum impendit: ex quibus facilè innotescat, quantùm sit expensum, in tot muris, ac laboribus diruendis; absque Ministrorum Templi stipendijs, alijsque impensis.

Hæc itidem Summa, innumera minimè comprehendit Ecclesiæ suppellectilia, vti Argentea, Æneaq; Candelabra, Facium sustentacula, ex oloserico Damasceno contextos Templi Apparatus, Aureis lacinijs præclarâ eorum appendice, nec Lampades, Aurea, Argenteaq; Vasa, tam Pontificum vsui, quam Sacrorum destinata ministerijs, nec etiam dona magnifica, à Constantino, Carolo Magno alijsque erogata.

CAPVT III.

Salomonis, & Vaticani Templa inuicem conferuntur.

CIrcumstantijs in vtriusque Vaticani, & Salomonis Templi constructione sedulò trutinatis, si in æqua lance constituantur, istud saltem minimè præponderabit. Enimuerò si Salomonis Fanum, aliquot annorum interuallo, octo Lapicidarum millia, præter haud contemnendam alterius gentis multitudinem, construxere, vt iam diximus in Capitulo Primo præsentis Libri; Anni verò centum, & octoginta octo in moliendis Ædibus Vaticanis, non putato Opificum numero, effluxere. Hoc tamen animaduertendum, in Tholo, & Porticibus excitandis sexcentos duntaxat Artifices operam collocasse, qui tanta pollebant artis peritiâ, vt octies mille imperitis meritò sanè anteponantur.

Sab.fol.97. lib.1.

Prętereà meminisse pręstat vniuersa Asię, tunc temporis, Orbis totius potentissimæ, Delubra, Hierosolymitano magnificè condendo, opes certatim subministrasse; at soli Pontifices Vaticanæ Basilicæ Ædificio incertos Fabricæ census suppeditarunt; quinimmò tam plurima Auri Talenta, ad Fanum Salomonis confabricandum adhibita, eorum, quæ Vaticanum exhausit, pretium fermè duplo exuperauit. Singulis itaque, ætatis vtriusque pretij varietate compensatis, istud non minorem altero Auri copiam absorpsisse existimamus.

Multifaria tandem legibus Hebraicis Fana repudiantibus, quippè in amplis ædilibus Aulis Iudæi sacris perfungebantur, in eum maximè scopum Summi collimabant Sacerdotes, vt ad Templum Salomonis substruendum destinatas compararent opes: ad illud nempe plurimæ Ægyptiorum diuitiæ confluxerunt. Fanum è contra Vaticanum eo erectum fuit tempore, quo ab annis iam mille circiter, & quadringentis, innumeras

CAPITOLO III.

Bilancio del Tempio di Salomone, con l'altro del Vaticano.

QVando si aueranno ben esaminate le circostanze, che seguirono nell'edificazione del Tempio di Salomone, con le altre del Tempio Vaticano, poste che saranno in bilancio della considerazione; se quelle del Tempio Vaticano non saranno in equilibrio, almeno non trabboccheranno quell'altre del Tempio di Salomone.

Primieramente à fauore del Tempio Vaticano, deue riflettersi, e considerarsi, che il Tempio di Salomone durò molti anni auanti di essere terminato. Vi lauorò il numero già detto nel Capitolo Primo del presente Libro. Il Tempio Vaticano fù terminato, come di presente si scorge in anni cento ottanta otto, senza tanta confusione di gente. Nel terminare la Cupola, e Portici di questo Edifizio vi lauorarono al più seicento Operarij; li quali, per la loro prattica, & intelligenza, composero quello, che non aurebbe composto la confusione de' predetti otto mila Vomini inesperti, e confusi.

Sab.fol.97. lib.1.

In oltre nell'erezione del Tempio di Salomone vi concorsero tributarie, secondo il Testo, tutte le ricchezze dell'Asia, quando in quelli tempi era la più potente del Mondo.

All'incontro il Tempio Vaticano non ebbe quell'assistenza, ma solo quegli assegnamenti delli Pontefici, con le rendite incerte, che hà la Fabrica.

Di più l'Oro, e l'Argento di quelli numerosi Talenti, secondo il Testo, impiegati nell'Edifizio di Salomone, in quelli tempi della sua erezione, erano di tanta abbondanza, che è da considerarsi la metà meno il suo valore di quello, che valesse nell'edificazione del Tempio Vaticano.

Si che bilanciando la minorità del valore de' Talenti d'Oro, e d'Argento, spesi per l'Edifizio del Tempio di Salomone, con il maggiore valore degli altri vsati nell'edificazione del Tempio Vaticano, questi vguagliaranno quasi la somma di quella Moneta antica. Questa dunque vnita con le altre riflessioni dichiarate nel seguente Capitolo, della spesa giusta della Cattedra, proua la nostra opinione, cioè che preponderate, che saranno le ragioni addotte; siamo di sentimento che fossero quasi corrispondenti frà di loro nelle particolarità.

Di più è da considerarsi, che la Legge Ebraica non costumaua la quantità degli Edifizij

Templari, esercitando il Cerimoniale di quella Legge nelle vaste stanze, chiamate Tempij. Il maggiore scopo, che ebbero quei Sacerdoti, fù di radunare tante ricchezze in sì longo tempo, per l'edificazione del fontuoso Tempio di Salomone; per la quale furono impiegate le numerose richezze dell'Egitto. Ma il Tempio Vaticano fù eretto quando già nel corso di 1400.anni in circa, il Cristianesimo, & il Popolo Catolico aueua impiegato le ricchezze infinite, per l'edificazione di numerosi Tempij, Basiliche, e Chiese sontuose, sparse nel Cristianesimo. Sì che quando fù eretto, non ebbe vn radunato, e ricco peculio, e materiali, ne anche il concorso delle ricchezze del Cristianesimo: come seguì in quello di Salomone. Ma con tutto ciò che non auesse quella paregiabile assistenza, nulladimeno la generosità de'Pontefici fece comparire vn così formidabile Edifizio in sì poco tempo.

Ædes Sacras, insignesque Basilicas, Orbis Christianus immensis sumptibus ædificarat. Adeoùt cum Vaticanum Templum condidere, non pecunijs, nec opibus coaceruatis vterentur. Verumtamen licèt hisce defecerit adiumentis, Pontifices sua nihilominus magnanimitate tam breui tempore magnificentissimum totius Mundi Fanum gloriosè pepererunt.

CAPITOLO IV.

Argomento per far conoscere, che le spese del Tempio Vaticano, quasi vguagliano quelle del Tempio di Salomone.

Crediamo, che possa essere sufficiente il motiuo per persuadere à credere, che le spese per l'edificazione del Tempio Vaticano, non siano inferiori all'altre del Tempio di Salomone; il riconoscere quello, che si è speso in vna parte di questo Tempio, cioè nell'ornamento, doue risiede la Cattedra di S.Pietro; acciòche vnito insieme con gli altri ornati dell'Edifizio, si veda quanto si sia speso nell'ergere l'immensità di questo gran Tempio.

Dalla giusta nota estratta con ogni esattezza dalla Computistaria della Reuerenda Fabrica di S.Pietro; nella quale appariscono le spese moderne, insieme anche con la spesa di questo ornamento, si è trouato, che ascende à scudi cento, e sette mila, cinquecento, cinquant'vno, moneta Romana. Ridotta questa spesa all'vso antico de'Talenti, si troua, che libre venti vn mila, nouecento sessanta vna, e cinque sesti compongono il peso di 366.Talenti di Metallo.

Detratto il valore del Metallo, restano in scudi settanta vn mila, nouecento ventinoue; che sono libre di Argento, ridotte in moneta, per le spese già fatte 7192. che compongono Talenti di Argento 119. e mezzo in circa, alla proporzione del Talento Attico.

Se dunque ad vn ornamento fatto per collocare la Sedia di S.Pietro, vi sono andati di Me-

CAPVT IV.

Templi Vaticani impensas Salomonis Fani sumptus penè demonstratur adæquare.

SI attentiùs perpendatur quantùm in exigua Templi Vaticani parte fuit expensum, scilicet vbi Diui Petri Sedile, seù Cathedra versatur, hoc vno putemus argumento, non illud isto minùs Auri absumpsisse. Cui immensis Fani totius ædificijs, atque ornatibus adiectis, nostra magis sententia stabiliatur.

Etenim consultis diligenter recentioribus Fabricæ computis, istius vnici ornatus impensę centum, & septem millia, supra vnum, & quingẽtos quinquaginta Coronatos, cum vicenis, & quinque assibus fuisse comperiuntur. Quibus in Talenta conuersis, viginti nouem millia, librarum præter nongentas, & sexaginta penè duas, trecenta Metalli Talenta constituentes, exurgent.

Detracto Metalli pretio, vnum & septuaginta millia Coronatorum, supra nongentos, & viginti nouem supersunt, Argenti septies mille, & centum nonaginta duabus libris æqualia, quæ Argentea centum; & Attica nouendecim conficiunt Talenta.

Cum igitur in condendis solius Diui Pe-

tri Cathedræ ornamentis, trecenta, & sexaginta sex Metallica, Argentea verò centum, & nouendicim cum dimidio Talenta deglutierunt impensæ; si tot Aræ, Monumenta, totaque Fani substructio adijciatur, tot absumpta Æris, Ferri, Argentique Talenta enumerantur, vt, pretijs Auri, Argentique, pro varia ætate compensatis, modicum inter vtriusq; Fani sumptus vertat discrimen. Atque licèt Vaticanum non omninò Hierosolymitanum consequeretur, hæc duo saltem cœtera vniuersi Orbis, & cuiuslibet temporis Fana impensis, amplitudine, & magnificentiâ antecedent.

Auctores nonnulli Templa quædam veluti portenta celebrarunt; atque in primis Plinius, & Herodianus 76. vastum Iouis Maximi Fanum inchoatum à Tarquinio, & à Consulibus terminatum commendauere: ad cuius extructionem viginti duo Talentorum millia aiunt insumpsisse. Appianus Alexandrinus 5; & Diodorus 3. Templum Iunoni Laciniæ sacrum multis prodidere opibus affluxisse. Subdit Strabo thesauris, & Columnâ ex Auro solido illustratum. Liuius etiam refert Annibalem illud Arâ splendidissimâ decorasse. Atque Herodianus magnificum Pacis Delubrum, cœteris omnibus præcellens nuncupauit. Titum itidem, ac Vespasianum Templi Hierosolymorum manubijs exornasse asseuerat. At Lucius Faunus Pantheon Argenteis imbricatum tessellis mirùm extollit: cuius etiam manubias, & spolia Constantius III. cum alia eiusdem plurima supellectile Byzantium asportauit; æream verò fastigijs contignationem Auro illitam commemorauit. Alia autem pleraque Asiæ Fana, quæ multùm prædicat Herodotus, ampla quidem encomia, verùm minora, quàm Vaticani, & Salomonis Templa, promerentur.

Herod. 76. *Alex. 5. Diod. 3.* *Lib. 4. c. 18.*

tallo li sudetti Talenti 119; e mezzo d'Argento, consumati in tanta moneta per le spese: essendo questo vno degli ornati del Tempio; se si combineranno insieme tanti altri ornamenti de' Depositi, Altari, & altro, col composto di tutto il Tempio, cumulano tanti Talenti di peso di Ferro, Metallo, & Argento, che ridotti in moneta sono di quantità considerabile. Mediante anche le riflessioni, che si sono addotte del valore, più, e meno de' Metalli, cioè Oro, & Argento, che correua in tempo antico dell'Edificazione del Tempio di Salomone, con il moderno, del quale fù eretto il Vaticano; non fù questo inferiore nella quantità delle spese. E quando il Tempio Vaticano non paregiasse, saranno almeno questi due Tempij li più singolari, che siano mai stati, nelle spese, qualificazione, e grandezza.

Descriuono alcuni Autori per portenti li seguenti Edifizij Templari, & in particolare Plinio, & Erodiano nel 76. il gran Tempio di Gioue Massimo, principiato da Tarquinio Superbo, e finito da' Consoli; dicono esseruisi spesi ventidue mila Talenti. Appiano Alessandrino nel 5; e Diodoro nel 3. asseriscono, che il Tempio dedicato à Giunone Lacinia fù di molta stima nelle richezze. Strabone soggiunge, che fosse molto ricco di tesori, e che auesse vna Colonna di Oro massiccio. Liuio dice, che vi aggiunse Anibale vn'Altare molto ricco. Erodiano chiama il Tempio della Pace magnifico, e sopra tutti li Tempij: asserendo, che in questo fù riposto da Tito, e Vespasiano lo spoglio delle richezze del Tempio di Gerusalemme. Lucio Fauno acclama il Pantheon, perche anticamente era coperto di lamine d'Argento, che poi da Costanzio Terzo fù spogliato, con molte altre cose portate in Costantinopoli; e che le Trauature de' Tetti fossero di Bronzo indorato. Altri Tempij nell'Asia qualificatamente espressi da Erodoto meritano grand'encomij, ma sempre però furono inferiori di gran longa à quello di Salomone, & all'altro del Vaticano.

Erod. 76. *Aless. 5. Diod. 3.* *Lib. 4. c. 18.*

CAPITOLO V.

Prima cagione, da che sia proceduto l'accresciuto prezzo dell Oro.

NON abbiamo potuto indagare à pieno, per sodisfare al Lettore da qual causa sia proceduto l'accresciuto valore delle Monete, & in particolare dell'Oro, per non auere trouate notizie negli Istorici, sufficienti per autorizare vna giusta assertiua. Sì che con alcune probabilità, che si adducono, argumentiamo, che sia proceduto dalle seguenti cause, cioè dalle diuisioni de'Dominij, e mutazioni degli Imperi, occorse da'Babilonij, sino al presente giorno. Anco le numerose Potenze, e Souranità per il giusto, e conueniente loro decoro, secondo comportano le Regali qualità, nell'impressioni delle Monete, e dispendij degli equipaggi, vnite le multiplicate guerre, che sono successe fra i medesimi, e le Republiche dell'Europa, & Asia consumarono grand'Oro, e ricchezze. Perciò ne'bisogni non pensati furono necessitati li Potentati di crescere il valore dell'Oro, come ce l'addita l'esperienza nelle guerre della Potenza Romana contro Annibale. Poiche trouando quella esausti gli Erarij, fù obligata col Senato à crescere il valore del denaro: e continuarono simili casi nella maggior felicità dell'Imperio Romano, sino al suo tracollo.

Continuò anche questa cagione ne' Secoli presenti; mentre le gran guerre insorte ne' tempi Nostri fra li Sourani dell'Europa, & il Turco nell'Asia si sono similmente impouerite le ricchezze, per le deuiate Monete nelle più straniere parti degli Infedeli; il che è argomento sufficiente per prouare quanto si è esposto.

CAPVT V.

De aucto Auri pretio prior origo.

QVippè ex optimis historiarum Scriptoribus certò explorare nequiuimus, quamobrèm Monetæ, ac potissimùm Aureæ, posteri quidem pretium adauxere, multis tamen adducti argumentis, haud eam immeritò coniectamus originem. Scissorum nempe in varios Dominatus Imperiorum commutationes, quæ à Babylonica ad Nostram contigerunt ætatem; complures itidem Supremi Principes, qui vt potentiam splendidiùs insignirent, ac decus, quod sublimem decebat dignitatem, famamque illustrem tuerentur, signari curarunt Monetas, magnificis apparatibus destinatas. Acerbissima quoque bella quæ ipsos inter, aliasq; fæuiere Respublicas, quam Auri copiam deglutiuere. Proptereà non tantis, vt antehàc, opibus affluentes, nouo pretij incremento, eiusdem inopiam compensare fategerunt. Illud Punicum magis comprobat bellum, quo contra Annibalem sustinendo, Romanorum adeò exhaustum est Ærarium, vt penuriæ, Senatus pretij pecuniæ Aureæ consuluerit augmento, quod in maxima Imperij fœlicitate ad extremum illius excidium perseuerauit.

Grauissima etiam dissidia, quæ summos inter Europæ verterunt Principes, damnaque plurima à Thrace tyranno illata, diuitijs Asiam, aliasque multas vniuersi Orbis Regiones depauperarunt: Quæ omnia coniecturis nobis omninò suffragantur.

CAPVT VI.

Vnde tantum Auri dispendium eiusque pretij incrementum exoriatur.

TAndem quò Auri, licèt à Peruuianis aurifodinis affatim suppeditati, præmentis ætatem Nostram penuriæ, causa meliùs comperiatur, oculis ad vetusta Romæ Fana conuersis, nonnullorum hactenus perseuerantium paucæ admodùm partes Auro resplendescunt.

Verùm postremis hisce temporibus, in eorumdem compluribus instauratis, præter antiquorum consuetudinem, & laquearia, & cœteri Auro passim illustrantur ornatus. Etenim Templa in Vrbe Romanorumque Cœnobiorum Ædiculæ, ac Delubra, tanta Auri effulgescunt copiâ, vt Parietes ipsorum, ac Testudines summa vniuersorum admiratione, ex Auro conflatæ videantur.

Constructarum recèns Ecclesiarum Fornices, Tholique adeò mirificum præseferunt fulgorem, vt Auro perfusæ solùm areolæ, Talento ditiscant. At non magnifica duntaxat Principum Palatia, sed & Priuatorum in Ædibus eò peruasit munificentia, vt Picturas, & ambulacra circumnitentibus Auro coronis insignia, elapsis anteà Seculis insueta, demiremur. Fastu tamen longè vlteriùs prætergresso, Aurum iam velut ignobile tanto habetur contemptui, vt ad Legatorum, aliorumque Ecclesiæ Principum insigniendas apparatus, contextis Auro Lacinijs, ferramentis obrizo illitis, Phrygijsque picta operibus vehicula mirè luxurient. Quorum impensæ Talenti dimidium, seù quatuor nummorum millia, aliæque duplo maius pretium excedunt. Nec illud spernendum, quòd Auro ignobiliter malleis fuso Ænea obducantur Metalla; eodemque in mirabilem capillorum ductili tenuitatem, fimbriæ, pannique segmentarijs, & acu, Phrygio more, variati contexuntur. Qui tam parui fiunt, vt etiam vulgus illis, & se amicire, & Ædium parietes permixtis auro

CAPITOLO VI.

Seconda cagione della consumazione dell'Oro, & alterazione del prezzo.

PER far vedere le cagioni, d'onde proceda la penuria, & il mancare delle Monete d'oro in nostri tempi, mentre le accresciute Miniere del Perù non sono bastanti à supplire alla gran consumazione; sono queste.

Certo è che negli Edifizij delle Chiese antiche di Roma non vi appariua vestitura d'Oro, se non in qualche minuzia di poco rilieuo, come si vede nelli residui.

Ma si sono vedute in poco tempo molte di queste rinouate, e negli ornamenti aggionti se n'ammira gran parte messa à Oro con molta abbondanza; e li Soffitti se ne vedono coperti con quantità, e prezzo eccessiuo; il che non fù da' nostri Antichi vsitato.

Si sono di più vedute nel Secolo corrente erette molte Chiese, e Tempij, che rendono grand'ornamento alla Città di Roma, ornati, e vestiti con tanta splendidezza d'Oro, che rende stupore.

Similmente molti Monasterij nelle restaurazioni delle loro Chiese, Cappelle, & Oratorij anno arrichiti li Muri, e Volte di Pitture à Oro, con gran generosità, in modo che paiono quelle Pareti tutte d'Oro. E si vedono Chiese ornate di Stucchi nelle Volte, e Cuppole con tanto Oro, che è arriuato à vn Talento d'Oro quello solo messo nella superficie di vna solo Chiesa. Si è anco steso questo fasto, e lusso da'più superbi Palazzi, fino alle case priuate, piene di Quadri, con Gallerie, e Scorniciamenti, tutti messi à Oro. In modo, che il passeggiare in quelli è rende ammirazione, e stupore: cosa che non si veduta ne'passati Secoli del Cristianesimo. Non terminando quì la gran consumazione dell'Oro, poiche l'ambizione, e sprezzo di questo lo pone alla soggezzione de'fanghi, & ingiurie de'tempi, cioè sopra sì numerose Carrozze, accresciute per gli equipaggi dell'Ambasciadori, e Principi Ecclesiastici, fino all'ordinario Cittadino. Si che molte di queste sono arriuate à portare, trà frangie, broccati, reccami, indorature di ferramenti, e carri più di mezzo Talento d'Oro, cioè circa quattro mila scudi, senza l'altre spese quasi al doppio.

Oltre poi per vestire di Oro macinato le numerose opere di Bronzo, e Metallo, & indorate à fuoco, è stato necessario rendere la nobiltà di questo Metallo soggetta alla viltà della macina.

Vi è in oltre gran quantità d'Oro, che passa per trafilo, per ridurlo à sottigliezza di capelli, per farne le frangie, drappi, broccati, trine, e recami, resi così communi, che ogni mediocre casa tiene tapezzarie ornate di Oro di molto prezzo. Considerando dunque dall' vnghia il Leone; Che cosa sarà nelle case de' Principi grandi, e Titolati, e l'infinità d'Oro posto sopra alle tapezzarie delle Chiese?

E' arriuata tant'oltre la consumazione dell'Oro, che da ogni minima persona è in grand'eccesso vsitato; però essendo l'Oro la minor parte Moneta, viene à impouerire il trafico delle Piazze; d'onde poi ne procede l'alterazione del prezzo. Come abbiamo visto in 30. anni il prezzo dell' Oro accresciuta la decima ottaua parte, come in altri Capitoli, si è dichiarato. Lo Scudo d'Oro valeua nell'anno 1620. dodici Giulij, & è cresciuto fin al 1690. fino à 16. Giulij, che è la quarta parte di più in anni 70. Sì che col dimostrato nell'antecedente Capitolo; la causa dell'antico crescimento pare, che sia sufficientemente stabilita.

periſtromatibus obtegere connitatur.

Ex eo tandem Auri diſpendio publica elangueſcunt commercia, pretiumque ipſius fuit identidem permutatum, Aureus videlicet nummus anno 1620. par duodenis, iam ſexdecim Iulijs æquiparatur. Denique quamobrèm adauctum ſit Auri pretium, hæc omnia abundè putemus comprobare.

CAPITOLO VII.

Terza cagione dell' accresciuto prezzo dell Oro, e dell' Argento in Europa, & in Roma medesima.

LE materie inserite ne' Capitoli precedenti intorno alli Talenti antichi, e millioni di scudi moderni, spesi nell'immensa Fabrica Vaticana, ci danno impulso di aggiongere il presente Capitolo sopra le Monete moderne, e loro augumento, per ricercarne l'altre vere cagioni.

Certa cosa è che li Metalli dell'Oro, & Argento acquistano nome di prezzo, doppo che sono cuniati nelle Zecche de' Principi; poiche considerati nel loro natural materiale, sono puramente merci: e succede in essi ciò che si vede, e si esperimenta in tutte l'altre merci del Mondo, di cui l'abbondanza auuilisce il prezzo, e la carestia lo fà crescere.

Si aggionge, che di alcune merci il bisogno è quasi sempre vguale per il seruizio della vita degli Vomini, come del Grano, Vino, Oglio, Lane, Lini, e simili, come già si è detto. Ma l'Oro, e l'Argento, oltre al bisogno del commercio de' Popoli, per il necessario vso delle Monete, serue, e trapassa in vn'altro vastissimo abuso del lusso: il quale non hà misura, nè meta alcuna; perche si regola dall'immoderato appetito, e capriccio degli Vomini istessi.

Il consumamēto di tali Metalli, per il bisogno del

CAPVT VII.

Ratio altera de Auri, Argentique pretiorum in Europa, Romæque incrementis.

EX præmiſſis de veteribus Talentis, recentionemque nummorum millionibus, in Vaticani Ædificij molimine impenſis, magis germanas de auctis Auri, Argentique valoribus, cauſas indigitandi, anſam arripuimus.

Hæc Metalla vbi aliquo Principum Stemmate obſignata, inditum ex eo valorem adipiſcuntur; Quandoquidem ea Regio Signo carentia, tanquam vulgares habeantur merces, ex quarum minuitur abundantiâ, inopiâ verò pretium augeſcit; vti in Frumenti, Vini, Lanæ, Olei, ſimiliumque mercimonijs contingit. At Aurum, Argentumque in monetas excuſa non modò ad neceſſarias populorum negotiationes, ſed & ad effrænos impenduntur luxus, qui nullis niſi immoderatæ metis appetentiæ coercentur.

Humanis hæc Metalla plurimùm abſumuntur mercaturis; quippe prædurum licèt, exeditur Metallum, ipsâque compertum experientiâ, haud multò poſt inuſtum mone-

monetis signum, ex centenis senas partes decessisse. Quinimmò ducentorum circiter annorum spatio, antiquorum Principum Monetas perpetuis mercationibus sensim etritas, ita consueuisse animaduertimus, vt velut à præsenti hominum consortio extorres, seù meticulosa auiditate, & parsimoniâ humi abditæ latebris euanescant. Adeòut singuli Principes nouas identidem Monetas in deperditarum locum suffectas, tanquam tempestiuum in opibus Dominijs adiumentum cudere adigantur.

Verumtamen quippe istud mercis genus nullis continetur limitibus, & vltro procliuium ad superbiam virorum promouet cupiditatem, maior semper excrescit illius appetentia, nouis & perennibus cuiuslibet facultate ipsi viribus affusis. Quantumlibet igitur hæc affluant Metalla, semper eorum viget pretium, nec vnquam ex vbertate ignobilitatem contraxere.

Germanicæ olim excauabantur Aurifodinæ, quæ cum iampridem steriles exaruerint, Vngaricæ tantummodo in Europa, & parum vberes efflauescunt. Quapropter hìc iam solùm mercari solent Aurum, quod ex Indijs asportatum, ob longissimos Oceani traiectus, Prædones, Hispaniæque hostes, mare habentes infestum, armatas magnis sumptibus Classes requirit, ac propterea iam quadragenis, quod olim quinis tantùm pro centenario partibus, aduehatur.

Peruui etiam fodinis ad immensam altitudinem effossis, propter maiorem fossorum penuriam, & eorumdem, & Metallorum pretia exercuere; quæ vbi Gadibus, & Hispali Genuam appulere, à varijs Principibus summo Prouinciarum emolumento signanda comparantur. Hactenus adducta pro Auro potentiùs militant argumenta; quippe Aurifodinæ cæteris difficiliùs, à Mauritaniæ scilicet potissimùm Incolis, iam penè perniciosis antrorum halitibus assuetis exinaniuntur. Pretiosum hoc Metallum trifariam, è Terrarum nempe visceribus, Saxis, & Fluuiatilibus eruitur arenis. Verùm quod de Argento priùs, de Auro dictum intelligatur. Grauia vtique oriuntur dispendia ex spatiosis Marium tractibus enauigandis, totque Nauibus bellico apparatu instruendis, ad Aurum ex tam longinquis

Lucius Faunus Eugenium IV. teſtatur circumiectas Officinas etiam Intercolumnia dedecorantes amolitum, inſulari ambitu illud à cœteris Molibus diſterminaſſe, Sacratiſſimæ adſcriptis Deiparæ, atque vniuerſis qui glorioſum pro Fide Martyrium ſubiuere. Vrbanus VIII. imbricato recèns Tegulis Proſtylio, aliquot adiunxit Capitula; atque de ſublatis ab eodem Pontifice Metallis, & ad quem vſum adhibita, prolixè diſſeruit Nardinus. Alexander VII. hinc egeſta humo, humiliorem æquari planitiem, tum nonnullas angulares Columnas, Capitulis, Epiſtylijs, Zophoris, & Coronicibus exornatas excitari ad dexteram curauit. Iuſſu itidem ipſius, perinde ac fuit antiquitus, obducere Fornicem incoarunt marmoratis, Tympanumque Angelorum Signis, Cariatidum vicem gerentibus, Columnarum ſupereminentibus Scapis, ad Hemiſphærij Incumbæ Coronicem fulciendam inſtituerat nobilitare. Æneum idem Tholum vitreis inſtructum cancellis, qui illabentes è ſummo vertice arceret imbres, ædis ſupremo culmini ſuperſtruere intendebat; cum eiuſdem interitus tantum ademit beneficium. Subiectis Teſtudini plaſticis operibus amotis, ac omnibus in priſtinum reſtitutis, Intercolumnia Clatris adhuc conſpicuis Clemens Nonus interſepiuit.

Quò

non è da ſtupire, che in alcuno Epitafio non ſi ſcorga la memoria di queſt'Imperatore, per il riſarcimento di queſto Edifizio; mentre per tante altre opere da lui fatte, non ambì mai la gloria di renderſi celebre, con fare ſcolpire in alcun luogo il ſuo nome. Appariſce però dall'Iſcrizione della Fronte del Portico, che foſſe queſto riſarcito da Settimio Seuero, e dal figlio Marco Aurelio Antonino chiamato Caracalla; de' quali, ſecondo Spartiano, e Capitolino, lo reſtaurò prima Adriano, e dopo Antonino.

Dalle minute fattezze, e diuerſa qualità di quell'ordine di Ornato diſpoſto nel Tempio, ſotto la Cupola, e differente da quell'altro, ſotto le Colonne più magnifico (quali, ſecondo la prattica, e precetti di Vitruuio, douerebbero eſſere di più propria corriſpondenza) e dalla Colonna moderna (ſopra la quale parte di quei membri ſono finti, e malamente dipinti, fra quelle Fineſtre antiche laſciate da chi fece l'Ornamento, per illuminare quei Nicchioni.) Ci pare credibile, che ſiano ſtate riportate quelle materie per coprire quel Muro ne'tempi meno antichi, quando queſto Tempio fù dedicato a' Santi Martiri.

Atteſta Lucio Fauno, che foſſe il medeſimo meſſo in Iſola da Eugenio IV; e da eſſo leuate quelle Botteguccie, che ſtauano intorno, anche fra gl'Intercolonnij, e poi fù conſagrato alla Beatiſſima Vergine, & à tutti i Martiri. Vrbano VIII. ricoperſe il Portico, con riſarcire alcuni Capitelli. Il Nardini amplamente diſcorre de' Metalli, che furono da queſto Pontefice leuati, & à che ſeruirono. Aleſſandro VII. lo diſſotterrò, con abbaſſare la Piazza, per ſcoprire il Baſamento: e drizzò alcune Colonne, che mancauano nel cantone à mano dritta, con ſuoi Capitelli, Architraui, Fregi, e Cornici. Aueua anche già dato principio ad incroſtare il Volto di Stucchi, nel modo che fù anticamente con ogni nobiltà, e con animo ſimilmente di ornare il Tamburo in quel ſecondo ordine, con diſporui figure d'Angeloni, poſti ſopra il Viuo delle Colonne, per reggere la Cornice dell'Impoſta della Cupola, in luogo delle Cariatidi. Penſò di più di fare vn Cuppolino, ſopra l'Occhio del Tempio, di Metallo, con le vitriate, & abile à reſiſtere all'ingiurie de' tempi, e liberare dalle pioggie il Tempio, dentro il quale continuamente cadono dall'iſteſs'Occhio, che lo illumina: ma richiamata Sua Santità dal Signore Iddio à migliore vita, reſtò priuo il Tempio di tanto benefizio, e quell'Ornato da lui principiato di Stucchi, ſotto la Volta, fù da Clemente IX. leuato, e ridotto l'Edifizio al priſtino ſtato, con auere fatte di più quelle Cancellate, fra gli Intercolonnij del Portico, che al preſente ſi ſcorgono.

Per

Per dare dunque distinta notizia di qualunque particolarità di questo Tempio, non abbiamo tralasciato d'inuestigare tutte le misure, come lo dimostrano le Piante, e Profili dell'vno, e dell'altro stato del medesimo, e circa anche alla quantità del Sito, che occupa. Diciamo dunque, che misurato da Noi il Vano del Tempio per il diametro, si troua nel Viuo del Muro circolare palmi 194. e calcolata quella superficie interna, ascende à canne 301. palmi 9. includendoui la grossezza de' Muri, che formano il Tamburo, con il quale la circondano per linea diametrale, viene ad essere longo palmi 250. e compresa l'aria, con quello spazio, che occupano i Muri, arriua à canne 500. quadrate di superficie. Aggiontoui poi il Sito occupato dal Portico, e delle sue Scale, restano in tutto, fra l'Aria, Muri, e Portico, canne quadrate Romane 688. palmi 8. in circa.

CAPITOLO V.

Di alcuni Tempij famosi nell'Asia, inferiori al Tempio Vaticano.

ACciòche le lodi da darsi al nuouo Tempio Vaticano non sembrino attribuite per esagerazione, esporremo le particolarità più notabili de' più antichi, non sapendo di questi quale sia il primo.

Secondo Platone, e Laerzio si hà, che l'origine di queste Fabriche Templari venisse da Epimenide Cretense; frà le quali saranno susseguentemente dimostrate quelle di maggior stima, auanti li Romani; e riferisce Erodoto, che quello di Samo fosse vna delle sette merauiglie del Mondo. *Laer. lib. 1.*

Pausania estolle sommamente quello di Gioue Olimpio, vicino à gl'Elij, per essere ornato internamente di smisurate Colonne, e longo piedi 230. largo piedi 95. & alto piedi 68. *Lib. 5. fol. 360.*

Plinio porta, che il Tempio di Gioue Olimpio in Atene fosse il primo ad essere ornato con Colonne di Marmo mischio, e che Silla trasportasse le medesime in Roma per fabricare il Tempio Capitolino dedicato a Gioue. Vitruuio scriue, che fosse fatto da quattro Architetti per le fondamentazioni, e che fù doppo il corso di 220. anni finito da Antioco Rè, con tale distribuzione, e magisterio, che rendeuasi molto magnifico, e ben simetriato. *Lib. 36. cap. 6.* *Nel Proemio del Lib. 7.*

Il medesimo Plinio palesa, che il Tempio di *Lib. 30. cap. 15.*

Cizi-

Quo Fani partes singulæ clariùs innotescant, earum Ichnographicas, ac Geometricas delineationes, modulos, Situmque præsens exhibet Schematismus. Maximum igitur circumambientis Muri laxamentum centum & nonaginta quatuor palmos, putata verò area interior exapedas vnam, & trecentas, præter palmos nouem assequitur. Compræhensâ vtique parietum densitate, Tympano circumactorum, ducentorum & quinquaginta palmorum intercedit longitudo. Atque si ad occupatum à Muris interuallum inane adijciatur, exapedas superficijs quingentas obtinebit: Ambulacri Situ, & suppedaneorum adhibito, Laxamentum, Parietes, & Prostylium exapedas supra octoginta octo, sexcentas, & octogenas circiter palmos continebunt.

CAPVT V.

De nonnullis celeberrimis Asiæ Templis Vaticano posthabendis.

NE Vaticanum præ cœteris Fanum immeritò extolli videatur, Vetustissima proferentur antiquorum temporum Delubra.

Siquidem Plato, & Laertius primùm ea auspicatum Cretensem ferunt Epimenidem. Cum verò maximè insignia ante Romam conditam prædicentur, tum profectò Samium velut inter septem Orbis mirabilia celebrauit. *Laer. lib. 1.*

Pausanias miris illustrauit encomijs Iouis Olympij Ædem, Ælijs finitimam; ingentibus nempe insignitam Columnis, & ducentos triginta in longitudinem, in latitudinem nonaginta quinque, & sexaginta octo in altitudinem pedes obtinuisse declarauit. *Lib. 5. fol. 360.*

Plinius Iouis Olympij Fanum ait Athenis extructum, primùm Columnis ex variegato Marmore decoratum: Syllamque eas Romam, cohonestando Iouis Capitolini Delubro, transmisisse. Vitruuius Architectos quatuor, Philostrati sumptibus enarrat substruxisse fundamenta, & ducentis post *Lib. 36. cap. 6.* *In Præfat. Lib. 7.*

annis

annis Antiochum Regem cum eleganti singularium partium commodulatione, atque magnificentiâ perfecisse.

Plinius idem Cizicum Templum Ioui consecratum permagni antiquitus habitum memorauit, cuius Auro exteriùs commissuras obduxit Architectus. Auctor ipse Dianas plurimùm collaudat Templum, quod in Ephesо ducentorum viginti annorum interuallo Ctesifon Asiæ totius impensis, quadringentis, & viginti quinque longum, latum ducentis & viginti, & septuaginta pedibus altum excitauit; atque Alexandro Macedone in lucem prodeunte, Plutarchus prodit collapsum. Solinus tamen ab Amazonis ædificatum, Xersem illæsum reliquisse asseuerat: quod inter ea, quæ dirui iussit, amplissimum intellexisset; flammis tamen deleuisse Herostratum, vt ipsius cineribus nomini suo immortalitatem conciliaret. Trecentis nihilominùs annis ab Vrbe condita, Fabio Ambusto, & Tito Quintio Consulibus, præfati iussu Macedonis, Alexandrinum Dînocratem longè quam anteà munificentiùs instaurasse Scriptores tradidere.

Lib. 36. cap. 15.

Lib. 36. cap. 14.

Cap. 52. fol. 180.

Vitruuius vt illud præ vniuersis exhîbeat admirandum, inter ipsum, ac lapidicinas, e quibus eidem redintegrando eruerunt lapides, octo geometricorum passuum millia, seu octo milliaria, attestatur interiecta.

Lib. 10. cap. 7.

Solinus denique Delifanum apud Babylonios magnoperè commendauit.

Cap. 68.

Ammianus autem Marcellinus Serapionis Delubrum Ægypti Alexandriæ fabricatum, Columnis apprimè elaboratis, ac mirificis Ornatibus intus, extusque insigne, vastitate cœteris omnibus antecelluisse quidem asseruit, haud tamen Iouis Capitolini Fano situm in Romano Capitolio impetranti anteponit.

Lib. 22. fol. 168.

Cizico staua in gran stima, e riuerenza, per essere dedicato à Gioue, e che l'ornò l'Architetto d'Oro nelle commissure esterne. L'istesso acclama per celebre quello di Diana in Efeso, fatto da tutta l'Asia in duecento, venti anni, & alto piedi settanta. Quel Tempio, secondo l'attestazione di Plutarcho, s'incendiò nella nascita d'Alessandro Macedone. Solino però vuole, che fosse fatto fare dall'Amazzoni, e che da Serse fosse lasciato in piedi, per essere il maggiore di tutti gl'altri, che demolì. E che se bene poi da Erostrato fosse abbrugiato, per eternare con le ceneri di esso il suo Nome; tuttauia nell'anno trecento ottantacinque della fondazione di Roma, nel Consolato di M. Fabio Ambusto, e Tito Quinzio Capitolino, fosse rifatto con ordine dell'istesso Macedone, più sontuoso, col disegno, & ordinazione di Dinocrate, Architetto della Città d'Alessandria.

Lib. 36. cap. 14.

Cap. 52. fol. 180.

Vitruuio nella descrizione, ch' egli fà di questo Tempio, per maggiormente dimostrarlo mirabile, riferisce, che le di lui Caue delle Pietre fossero lontane da esso passi otto mila geometrici, ò siano otto miglia communi.

Lib. 10. cap. 7.

Solino vanta riguardeuole il Tempio di Delo.

Cap. 68.

Ammiano Marcellino descriue il Tempio del Dio Serapide edificato da Cleopatra in Alessandria d'Egitto; e dice, che fosse il maggiore d'ogni altro, che si ritrouasse nel Mondo, per l'ornamento di nobilissime Colonne, dentro, e fuori artificiosamente lauorate; ma non però l'antepone à quello di Gioue Capitolino nel Campidoglio Romano.

Lib. 22. fol. 168.

CAPITOLO VI.

Del Tempio di Gioue Capitolino, e della sua grandezza.

FIN da quei primi Secoli, ne' quali ebbe origine la Republica Romana, e che fù eretto il primo Altare, ò Tempio in onore di Giano, posto fra i Latini, e Toscani, cioè nello spazio, fra il Campidoglio, & il Gianicolo, & osserua di più il Donati, che auanti il detto Tempio fosse la Porta detta Ianuale, dalle Porte del quale si riceueuano i segni di Pace, e di Guerra; Ouidio:

Sed cur Pace lates, motisque recluderis armis?

e come attesta la Medaglia di Nerone con l'Epigrafe; *Pace P. R. Terra, Marique parta Ianum clusit*. Auendo Noi indagato fino alla caduta dell'Imperio Romano, quali Tempij maggiori in questo corso vi fossero, trouiamo in varij Scrittori, che fra infiniti, che erano ricchissimi, trè soli furono di grandezza à tutti superiori, cioè quello di Gioue Capitolino, secondo Erodiano, principiato da Tarquinio Superbo, e poi finito nel Consolato di Q.Metello, e Q.Hortensio; come afferma il Cuspiniano: *Et sub ijs Coss.Templum Iouis in Capitolio, quod incendio consumptum erat, refectum, à Q.Catulo dedicatum est*; e soggiunge Cassiodoro: *His Coss. à Catulo reparatum, dedicatumque Capitolium est*; hauendoui speso ventidue mila Talenti; L'altro è il Pantheon, e susseguentemente quello della Pace.

Fol. 295.

Ben'è vero, che considerato da Noi non poter esser stato molto vasto il sito, che à questo Tempio, dal Campidoglio assegnauasi, per esser stato il medesimo occupato da molte altre Fabriche, e Tempij, deduciamo non poter essere stato egli, respettiuamente a'nostri moderni, di molta capacità. Perciò può credersi, che non fosse molto diuersa da quella, che ci dà il Nardini; è da osseruarsi però, che esso sbaglia nel sito del Tempio Capitolino, perche lo pone doue è al presente la Chiesa d'Araceli, & è certissimo, che staua, doue ora è il Palazzo de' Signori Caffarelli, vedendosene anche iui le reliquie; Vedasi la minuta descrizzione di questo Tempio nel Donati. Il detto Autore assegna à quel Tempio la larghezza di palmi cento cinquanta, e longhezza palmi cento nouanta, e compresi li Muri, Portici, e Scale, che lo circuiuano, occupaua il sito in longhezza palmi duecento settantacinque, & in larghezza palmi duecento cinquantacinque. La sua superficie fà canne Romane di sito seicento ottant'otto, e

Lib. 5. cap. 14.

mez-

CAPVT VI.

De Iouis Capitolini Fano, ac eiusdem amplitudine.

A Veterum Sæculorum primordijs, quibus Romana exorta est Respublica, Aramque primam, Latinos inter, ac Etruscos, Capitolium nempè inter, & Ianiculum, Iano dicatam erexerunt; Donatus præterea animaduertit Portam, Ianuensem Templo prostitisse, è cuius Foribus Pacis, bellique signa excipiebantur Ouidius:

Sed cur Pace lates, motisq; recluderis armis?

quod etiam è Neronis arguitur Numismate, cum adiecta Epigraphe: *Pace P. R. Terra, Marique parta Ianum clusit*; Varijs Auctoribus perlustratis, Fana tria omnium celeberrima animaduerti, Iouis nimirum Capitolini, quod, teste Herodiano, à Tarquinio Superbo inchoatum, & Q. Metello, ac Q. Hortensio Coss. perfectum, vt asserit Cuspin. *Et sub ijs Coss. Templum Iouis in Capitolio, quod incendio consumptum erat, refectum, à Q. Catulo dedicatum est*; tum subijcit Cassiod. *His Coss, à Catulo reparatum, dedicatumque est Capitolium*; expensis videlicet viginti duobus Talentorum millibus. Alterum quidem Pantheon, Pacis dein alterum celebrantur.

Fol. 295.

Situm equidem Templi Capitolini hinc apparet haud potuisse à Capitolio longiùs expatiari, quod multis iam Ædibus, ac Fabricis insignitum, minimè vastam continere t Molem.

Compræhensum ideò ab eodem interuallum, ab eo, quo Nardin, ipsum circumscripsit Fanum, non multum autumauimus discrepare; obseruandum tamen est ipsum in Templi Capitolini situ designando multum allucinari; quippe locum, vbi iam Aracœli Ecclesia, contendit obtinuisse, cum tamen constet Palatij Cafarellorum spatio insedisse, quod nonnullæ eius reliquiæ superstites demonstrant. De quo amplissimam Donati vide descriptionem. Hic Auctor pal-

Lib. 5. cap. 14.

morum

morum centum, & quinquaginta latitudine, palmorum verò centum, & nonaginta longitudine terminauit. Scalis autem, Parietibus, & Ambulacris ipsi adiectis, Situm ducentos, & septuaginta quinque palmos longum, latumque ducentos, & quinquaginta quinque palmos ait promoueri. Aream ibidem quadratis sexcentis, & octoginta octo cum semisse exapedis, vigesima nempè quinta Vaticani parte designauit. Delubrum istud haud minus Pantheo celebrandum, Pacis longè Fani limites exuperauit. Etenim Plinius refert, Sillam Olympij Iouis Columnis ex Atheniensium Vrbe transuectis decorasse Capitolinum. Cuius incendijs, Bellisque potissimum Vitellianis, vti Plutarchus in Publicola enarrat, absumpti, forma multoties permutata: conspicuum licet, ac maximè tutum, in Capitolio nempè Situm obtineret. Verùm quia solam Templi huius extensionem, situmque exhibere suscepimus, exteris peculiaribus, quæ Nardinus, alijque iam prodidere Auctores, supersedebimus. Cuius in Vespasiano Numisma exhibetur.

Lib. 36. cap. 6.

mezzo quadrate, che era la vigesimaqinta parte in circa del Tempio Vaticano. Fù questo Tempio non inferiore al Pantheon, e cedè nell' insorgimento, di quello della Pace molto maggiore. Plinio dice, che Silla riportasse le Colonne di Gioue Olimpio da Atene, e ne ornasse il Capitolino: del quale poi, & in specie nelle reuoluzioni Vitelliane, come si hà da Plutarco in Publicola; fù variata la propria forma dalle rouine, e dagl'incendij, che patì, non ostante l'essere situato in loco sì riguardeuole, e più sicuro, come fù il Campidoglio.

Ma come solo il nostro fine è di descriuere la grandezza, e sito di questo Tempio, tralasceremo di così minutamente discorrere di molte altre particolarità del medesimo, tanto più, che sì dal Nardini, come da molti altri amplamente se ne tratta; e se ne vede la Medaglia in Vespasiano.

Lib. 36. cap. 6.

CAPVT VII.

De Pacis Templo, ac ipsius extensione.

IOsephus Historicus ea ætate, qua Romanum floruit Imperium, Pacis Templum amplitudine, ac magnificentia, cœteris longè tradit antecelluisse; illudque inter vniuersa mirabilissimum nuncupauit. Cuius superstites adhuc reliquiæ, sitaque in Via Sacra vestigia summam manifestant dignitatem; Iosephus id asserit condidisse: *Vespasianum, quod Triumphales Salomonis Templi manubrias tueretur. Quò maximè istius Fani diuitiarum copia elucescat, vnam Altaris Mensam ex Aegypto translatam Auri pondo septuaginta æquilibrem, duntaxat animaduertendum vndè totius*

Lib. 7. cap. 37.
Lib. 7. cap. 24.

CAPITOLO VII.

Del Tempio della Pace, e sue misure.

CHE il Tempio della Pace fosse il più grande, e magnifico d'ogn' altro, che ne'Secoli, ne'quali fioriua l'Imperio Romano, si trouasse nella Città, l'asserisce Giuseppe Istorico, chiamandolo sopra tutti li Tempij mirabilissimo. Lo dimostrano le sue parti residuali, e suoi vestigij situati nella Via Sacra, fatto da Vespasiano per porui dentro le ricchezze trionfali del Tempio di Salomone, con prestezza mirabile, e con spesa grandissima, come riferisce il detto Giuseppe nella Guerra Giudaica: *Vespasianus Paci Templum ædificari decreuit. Itaque mira celeritate, & quæ hominum cogitationem superaret, effectum est. Magna enim diuitiarum largitate vsus insuper perfectis id Picturæ, ac figmentorum operibus exornauit, &c.* Per far conoscer le ricchezze, ch'ebbe

Lib. 7. cap. 37.
Lib. 7. cap. 24.

questo Tempio, basterà dire, che la sola Mensa riportata da Egitto, pesaua, al riferir del medesimo Autore Ebreo: *Ponderis Talenti magni*; d'onde può argomentarsi la stima, e valore degl' altri Vasi, Ornamenti, e Supelletili sacre, frà le quali era il gran Candelabro d'Oro, *& Candelabrum, similiter quidem Auro factum, &c.*

Erodiano confermando l'incomparabile sontuosità di questo Tempio, scriue, che stando questo medesimo attentamente custodito dalle Guardie per sicurezza di quelle robbe sì preziose, riponeua ciascuno in esso le proprie spoglie, e ricchezze; Quel Tempio arse miseramente nel tempo di Commodo Imperatore, non sapendosi d'onde auesse origine quell'inccudio, mentre vi assisteuano vigilanti le Guardie, & il Cielo sereno non poteua tramandarui li Fulmini.

Ma perche le Piante di questo Tempio poste in luce da Serlio, e da Palladio, variano alquanto nelle picciole misure frà di loro, desiderosi Noi di trouarne la verità, habbiamo misurati minutamente li residui di quelle parti rouinate, che componeuano il tutto, e trouiamo, che questo Tempio fosse longo con li Muri, Portico, e Scalinate palmi trecento venti; il suo vano internamente dalla Porta alla Nicchia pal. quattrocento, e largo per il trauerso di vano palmi trecento, calcolata la superficie, veniua ad occupare palmi sedici mila, cioè canne mille, e seicento di Sito; che è quasi mezzo Rubbio di misura d'Agrimensore Romano.

Occupa quel Tempio della Pace la terza parte, in circa, del sito, che occupa il solo Tempio Vaticano; Onde deuesi confessare, che frà i Tempij antichi, di figura rettangola parallelogramma, fosse questo il maggiore, per le sue disposizioni così vaste, mentre gli Arconi, e Volta principale dell'Ambulazione di mezzo erano di larghezza palmi cento, e quattordici Romani, e gl'altri sopra le Nicchie, che introduceuano alle Naui minori erano di vano palmi cento à tutto Sesto, il che non si è trouato in alcun'altro antico Edifizio Templare, come da Serlio, e Palladio potrassi intendere, quali minutamente mostrano tutte le altre misure del Tempio.

Templi Vasorum, sacræque Supellectilis facilè queat pretium æstimari; cum maximo Candelabro, similiter quidem Auro factum, vt Iisdem refert.

Testatur Herodianus in eodem à destinatis Excubijs diligenter custodito res maximè pretiosas, tutius ibidem asseruandas reponere Populum consueuisse. Verumtamen, imperante Commodo, miserabiliter exarsit; quin tam deplorandi causę incendij prodierint, cum, & inuigilarent Custodes, Cœlumque serenum tunc fulmina non eiacularetur.

Nihilominus quia Serlius, Palladiusque in modulis eiusdem Fani recensendis minimè consentiunt; Nos veritatis indagandæ percupidi, & collapsarum partium emensa vestigia, Scalis, Ambulacro, & Parietibus annumeratis, quingentos in longitudinem, in latitudinem verò trecentos, & viginti palmos exporrectum comperimus.

Cum autem inane spatium à limine ad Scaphum quadringentis, transuersique interualli latitudo trecentis palmis diuaricetur, ductis inuicem distantijs, area sexdecim palmorum millibus, seù præter sexcentos, mille exapedis circum explicatur; quæ penè Modij dimidium Romani Agrimensoris, tertiamque duntaxat assequetur Ædium Vaticanarum partem. Procul igitur dubio Fana orthogonicam imitantia speciem, ac tetragonicam, istud plurimum excedit amplitudine, cum Arcus, medijque Ambulacri Testudo in longum Romanos centum, & quatuordecim palmos, alijque arcuatis superflexi Loculamentis, & viam ad minora sternentes Ambulacra, in centum vndequaque palmos sinuabantur. Et quemadmodùm Serlius idem, ac Palladius indicarunt, nullum ex vetustis Fanum tantam impetrauit vastitatem.

CAPVT VIII.

De Sancta Mariæ à Floribus Hetruſcorum Florentiæ Tholo.

PAntheon fuit adeò celebre omni ætate Fanum, vt cum primùm illius erectum eſt Hemiſphærium, quod Vitruuius, Vetereſque Tholum nuncupauere, ac Pinnaculum, & teſte Vitruuio, Apollinis Delphici Templis conſimiles Tholos ſuperſtruere inchoarint. Inter vetuſtiora tamen, ſola Romani Panthei, ac Sanctæ Sophiæ, cuius Icon videtur in principio Byzantinæ Hiſtoriæ, Byzantij Hemiſphæria hactenus perſeuerarunt: Ex quibus alia, licèt aliquantùm diuerſa, extollere Poſteri didicere. Nihilominùs eiuſdem ferme amplitudinis S. Mariæ Delubro Florentiæ ſupereminet Tholus, haud in Sphæricam, ſed octaedram ſpeciem circumflexus. Cuius ampliſſimum, circum Tympani Scapum, exſpatians laxamentum, centum & nonaginta quinque, & ab ſinuatæ in Orbem Incumbæ primordio, ad ſummam vſque Laternam, centum & nonaginta palmos tranſmiſſæ ad Nos edocuerunt menſuræ. Quapropter cum Hemiſphærij culmen palmis tribus excedat, & quinquaginta, pars intima cum extima ſuperflexa Teſtudine, in faſtigium magis deſuper acuminatum exaltatur. Hanc autem exiſtimamus formam Veteribus perinde, ac recentibus inſolentem, à Philippo tamen Brunelleſco eiuſdem Architecto vſurpatam, non vt ſuperandos armamenti ſubterfugeret obices, ſeù maiori firmitate ſtabiliret; verùm propter arenæ hiſce ſtructuris adhiberi ſolitæ inopiam, cui Sabulum longè antecellit Puteolanum, quo ad id operis genus vti conſueuere. Eo ſiquidem adeò tenaces, ac validi compinguntur Parietes, vt deficientes etiam ab Hemiſphærio fornices conſtruantur. Quod hic præſtare nequiuit Artifex, quòd Puteolanæ, idoneæque alterius telluris penuriâ laboraret. Quare eundem meritò

CAPITOLO VIII.

Della Cupola di Santa Maria del Fiore di Fiorenza.

E Stato in ogni tempo sì celebre il Tempio del Pantheon, che dall' erezione della Cupola chiamata da Vitruuio, e da gli Antichi Tolo, ò Pinnacolo, intrapreſero i medeſimi la prattica di cuoprire i ſuoi Tempij di ſimili Cupole, e ſecondo Vitruuio, quello di Apolline in Delfo. Frà le antiche però, ſi troua ſolo in piedi quella del Pantheon, e l' altra di Santa Sofia, il Diſegno del quale ſi può vedere nel Frontiſpizio dell'Iſtoria Bizantina, in Coſtantinopoli, per quello ſi dice. Da queſte anche i Moderni hanno appreſo il modo di ſoſtruirne altre, benche non dell' iſteſſa guiſa; con tuttociò quaſi della medeſima grandezza, com'è quella, che oggi cuopre il Tempio di Santa Maria del Fiore, nella Città di Firenze, non tonda, ma ottagona, di palmi cento nouanta cinque di Vano, nel viuo del Tamburo, ſecondo le miſure di là mandateci; dal naſcere dell'Impoſta, ò Arcatura, fino ſotto la Lanterna, palmi cento nouanta, che eſſendo di più del tutto Seſto palmi cinquantatrè, reſta la parte interna, con la Soprauolta della parte eſterna, di figura molto più acuta del tutto Seſto. Si ſuppone, che di tale forma, benche inuſitata da da gli Antichi, e dalli Moderni, fabricaſſero quella Cupola: non tanto per ſeruirſi nell' erezione di eſſa armatura, e per renderla più ſicura, e durabile, come ſi raccoglie dal Vaſari, nella Vita di Filippo Brunelleſchi, che ne fù l' Architetto, quanto per deficienza dell' Arena ſolita ad adoprarſi, di diuerſa, e d' inferiore qualità della Pozzolana. Qeſt' Arena con la ſua tenacità rende il legame delle Muraglie sì forte, che ammette il ſoſtruire i Volti, anche meno di tutto Seſto; il che non concedeua à quell' Architetto di poter fare l' Arena, della quale era neceſſitato à ſeruirſi, in mancanza della Pozzolana. Merita perciò quell'Architetto, d'eſſere inceſſantemente celebrato, mentre con la ſola aſſiſtenza della Republica Fiorentina, molto più debole della Romana, ſotto la Potenza della quale furono l' altre antiche dal Gentileſmo fabricate, ſeppe ergere Mole sì vaſta, che ſi reſe non inferiore di Vano à quella del Pantheon.

Abbiamo dunque eſpoſto la Pianta, ò Profilo

filo dell'eleuazione di quel Tempio con la misura del palmo Romano: acciò possa ciascuno riconoscere la mirabile singolarità d'vn Edifizio così magnifico, non inferiore à gli altri. Tantopiù, che essa Cupola diede lume di poterne ergere altre, sopra l'armatura ad essa simili; come appunto fù fatta quella del Tempio Vaticano, tanto nella parte esterna, come nella parte interna, benche ridotta à forma più nobile, e di miglior contorno dall' eccellente artifizio di Michel Angelo Professore sì valoroso, che con le sue perfettissime Opere si è saputo rendere, anche doppo la morte, viuo, & eterno nel Mondo.

Restaua quella Chiesa di Santa Maria del Fiore, nella parte più nobile scoperta, à cagione della morte di Arnolfo Lapi Architetto, sotto la di cui direzzione si doueua proseguir l'opera, e coprire la Cupola. Onde ne furono fatti da altri Ingegnieri disegni, e modelli, ma tutti di tale dispendio, per l'armature, & altro, che si rendeua impossibile l'essecuzione.

Finalmente l'anno mille quattrocento sette viueua l'ingegnoso Filippo Brunelleschi; il quale si tratteneua in Roma, negli Studij delle Antichità Romane, e d'altri piccioli Tempij. Andò à Firenze sua Patria, doue diede principio a'disegni per la nuoua Cupola, con ordine proprio degli Operarij, e Consoli dell' Arte della Lana, come direttori di questa Fabrica; & in pochi mesi fece anche il Modello: il quale con le proporzioni fù veduto, & inteso dal primo Consulto toccante à questo affare; Ma perche Brunelleschi presagiua de' torbidi, come suol'accadere ne'consulti di più ceruelli: egli partì da Firenze, e tornò à Roma, e ne nacquero varie confusioni trà quelli Deputati, & altri Intendenti, sopra di ciò chiamati. Non sapeuano il modo di ergere la Cupola, senza l'armature, dal Brunelleschi negate, che per conseguenza portauano grande spesa ne'legnami. In tal modo fù presa resoluzione da quei Consultori di scriuere à Filippo con pregarlo, che tornasse à Firenze, per intraprendere, e riassumere li negoziati per l'opera desiderata; doue, dopo essersi fatto molto pregare, ritornò; & adunati gli Operarij, e Consoli, furono conferite al Brunelleschi varie difficoltà che faceuano altri dell'arte.

Rispondè Filippo, che non si marauigliassero, che ad opere sì grandi, sono sempre maggiori le difficoltà, verificandosi tali, anche nella potenza Romana, che tutto poteua. Si è veduto tale cimento solo nel Pantheon Romano di forma tonda; quello di Firenze è ottangolare nel suo nascimento, e portaua per conseguenza maggiori pericoli. Nulladimeno dopo auere fatto vedere la gran difficoltà; s'impegnò Filippo di volere voltare la Cupola, e sopire tutte le contrarietà addot-

ritò celebremus Architectum, cum Florentinæ solius Reipublicæ, quam Romana longè antecessit opulentia, Molem Panthei vastitatem mirificè æmulantem summa laude dignius ædificauit. Ichnographicam igitur istius, ac orthographicam prodimus delineationem, palmi Romani modulis inuestigandam, vt mirabilem structuram vniuersi queant conspicari, aliasque ad eius compagis typum commoliri. Quemadmodum Michael Angelus Vaticanum euexit Tholum, eandem nimirum intus, extusque formam imitantem, sed elegantiori symmetriâ elaboratum, ac tam laudando artis specimine, vt perenni famâ nomen, gloriâque immortali cumularit.

Pars Fani maximè insignis desuper patebat fastigio destituta, propter Lapi Architecti è vitâ decessum, penès quem obtegendi Tholi cura vertebatur, ac Imperium. Typos propterea varios varij exararunt, sed qui tanta expostulabant dispendia, vt potuisse ad exitum perduci, minimè autumarint, nec innumera contignationis obstacula eluctari.

Anno tandem millesimo, & supra septimum, quadringentesimo, singulari polliens ingenio Philippus Brunellescus Romanorum studijs Antiquitatum dabat operam; qui Patriam petiuit Florentiam; Tholumque recentem, Lanificij mercimonijs præpositorum, atque Artificum adductus consilijs, delineare auspicatus, paucis mensibus absoluit. Dum verò de admittendo huius contenderent typo, discordes tot Capitum sententias ominatus, Florentiâ profectus, Romam consultò repetiuit. Vnde obortis inter plerosque rei commissos diffidijs, quod absque ligneis compaginibus à Brunellesco reiectis, sumptusque maximas efflagitantibus, exordiri formidarent, denuò Florentiam reuocarunt Brunellescum exoptatum opus agressurum, quò varijs hortatibus, ac blandimentis rediuit allectus, vnanimesque ei Consules rei totius curam commiserunt. Philippus per arduum fore subiecit opus, idcoque minime mirandum, si tot continuò orirentur impedimenta, cum Romanum adeò potens Imperium Sphæricæ dun-

duntaxat figuræ Pantheon tot annis exercuiſſet; Florentinus verò Tholus octangularis efformatus maiores patiatur difficultates; quibus tamen explanatis, ordiri laborem, ac exantlare, ligneiſque, ad hæc compagibus perpaucis indigere pollicetur. Tum Exteros Architectonicæ peritos eade re conſulendos accerſere maiorem inmodum adhortatus, nec ſe priùs incæpturum, quàm eorumdem auſcultaſſent ſententias, Præfectis pluribus ipſum præmijs nequicquam detinere conantibus, Romam, vt ſtudijs, ad tam arduum opus glorioſè perficiendum incumbere, contendit.

Quamobrèm conuocati ex varijs partibus Architecti, Itali nimirum, Galli, ac Germani; vbi Florentiam aduentarunt; ſuas quilibet, ad Tholi ſtructuram obtulere delineationes, quæ ineptæ prorſus habitæ, quippe maximus Contignationum expoſcerent impenſas. Adeòut de labore fœliciter proſequendo Conſules propemodum diſperarent; cum appulſus Florentiam Philippus, coactis omnibus in conſilium Architectis, dictaque ſententiâ, ſummâ animi fiduciâ Tholum à ſe abſque tanta Ligneæ compaginationis congerie conſtruendum aſſeuerat; quod ita cœterorum perculit mentes, qui rem abſque Ligneo apparatu vniuerſi detrectarent ſuſcipiendam, vt, cùm Philippus ſuam vnicam ad optatam ſubſtructionem conſequendam mordicus ſuſtineret, Ligneaſque ſemper repudiaret compages, eum tanquam ſtolidum eliminarunt. Haud animos propterea deſpondet Brunelleſcus, ſed validioribus confiſus argumentis, ex congregatis denuo Conſulibus tam proba indigitauit, duobus potiſſimùm minoribus Tholis iam à ſe ſine tanta Lignorum coaceruatione ſimiliter extructis, vt rationibus victi, eum vniuerſo labori præfecerint ſuſcipiendo.

Verumtamèn conſtitutum honoris ægrè ferens conſodalem Gibertum, dolori cautus prætexuit ægritudinem, vt identidem conſulturos adire Gibertum perſuaderet; qui tanto oneri ferendo ſe conſcius imparem, cum abſque Philippo quicquam edicere, & pariter Philippus abſque Giberto reſponderent, ſocium fruſtra Bru-

addotte, e di voltarla ſenza grand' armatura. Subito fece iſtanza Filippo, che chiamaſſero Architetti ſtranieri, perche non voleua dar mano all' opera, ſe prima non foſſe ſodisfatto quel Conſulto da' pareri di diuerſi Architetti. Fatta queſta iſtanza ſi licenziò dal Conſulto: il quale, con molte preghiere, e con groſſe offerte di denari procurarono che reſtaſſe: ma nulla giouò.

L'anno mille quattrocento diciaſette tornò in Roma, à riuedere gli ſtudij, per meglio approfittarſi nella condotta di sì grand' opera; e riſoluè il Conſulto di far venire da varie parti del Mondo Vomini intendenti.

Finalmente l'anno mille quattrocento venti gionſero in Firenze gli Architetti chiamati, cioè Franceſi, Ingleſi, Tedeſchi, & Italiani, con altri Fiorentini. Fecero ogniuno diſegni, e modelli; doue ſi vidde la pouertà dell' intendimento di quegli, nel proporre modi ridicoli, goffi, e diſpendioſi, per le grand' armature reali, che da tutti erano ſtimate neceſſarie, per fare dett'Opera.

Il Conſulto però era quaſi diſperato dell' eſſecuzioni dell' opera. Gionſe dunque à Firenze Filippo; e radunati gl' Ingegnieri alla preſenza del Conſulto, dopo auere ogn' vno propalato il ſuo ſentimento, s' alzò Filippo, e ſorridendo, diſſe voler egli fare la Cupola ſenza tante armature. Parue così ſtrauagante, & ardita la propoſizione, di voler operare ſenza quell' armature, che da tutti gli altri Architetti veniuano ſtimate neceſſarie, à ſegno, che fù giudicato per pazzo il pouero Filippo; il quale però replicò eſſere tutte vere quelle difficoltà propoſte, e che altro modo non vi era, che il ſuo, per pratticarla, con meno ſpeſa; ma à quegli ignoranti Architetti più pareua coſa ſciocca il ſentire di fare due Cupole ſenz'armature, in modo che la ſua propoſta fù tenuta per temeraria.

Filippo Brunelleſchi ſi partì ſempre più coſtante, e col ſuo Modello informò ciaſcheduno del Conſulto à parte, con le ragioni conuenienti, e dimoſtratiue. Vinſe gli animi di tutti, e di nuouo ſi radunò il Conſulto per dargli compagno vn tale Lorenzo Giberti, Vomo di baſſi talenti. Sdegnatoſi Filippo di queſt' atto, per leuargli la gloria, con aſtuzia diede principio all' opera, e poi ſi finſe ammalato, dicendo che andaſſero gli Operarij dal Giberti, à prendere gli ordini. Queſto mal informato, & incapace, diceua non poterſi dare ſenza Filippo; al che riſpoſe Filippo, ch' egli poteua darli ſenza il Giberti.

Da tale riſpoſta conobbero tutti, che era ſuperfluo il compagno, e ſi laſciò la cura totale al Brunelleſchi; Il quale ſenza le tanto ſtimate neceſſarie armature ſollecitò la Cupola fino alla Lanterna. In riguardo all' Angolo acuto della ſua eleuazione, ereſſe la

medesima, tessendo li Muri còn gl'incatenati sassi, & à poco à poco si andaua assodando la Mole nella sua eleuazione, sempre à liuello. E nello stringersi nella solleuazione, veniua ad assodarsi; in modo, che gli riuscì senza tante armature, con stupore, e merauiglia di tutti alzarla. E prima della sua morte lasciò il modello della Lanterna, che gli fà finimento; col quale hà auuto fine l'Opera. Si è esposto in succinto la sostanza dell'Istoria; ma chi desidera di sapere tutte le particolarità succedute, legga il Vasari nella vita del medesimo Filippo Brunelleschi.

nellesco adiecisse Gibertum animaduerterunt.

Philippus itaque, contempta omnino Lignea contrabeatione, Tholum ad summum Laternæ promouit fastigium; compactis nempe ad libramentum lapidibus, illum ita excitando consolidauit, summâ omnium admiratione, Ligneis compagibus procul ablegatis. Amplius de hoc in vita præfati Brunellesci à Vasaro descripta.

Templi Sanctæ Mariæ de Flore Florentiæ Ichnographia.

I N D E X.

A Totius Templi Ichnographia.
B Portionis dicti Templi.
1 Absidæ Templi Crucem formantes.
2 Circa Absidas Sacella.
3 Scalæ Sacellum, aliaque Templi loca ascendentes.
4 Latera octagonam figuram dictæ Ecclesiæ, vel Tholi componentia.
5 Anguli, vbi ingentes Costulæ Tholi in solidi crassitudine oriuntur,

Tholi Sanctæ Mariæ de Flore Florentiæ Orthographia.

INDEX.

6 Templi Planities.
7 Absidæ.
8 Prima Tympani Corona.
9 Fenestræ rotundæ.
10 Fornicis Corona.
11 Interior Tholus.
12 Exterior Tholus.
13 Spatium inter vnum, aliumque Tholum in intermedio Costularum cinctum.
14 Termini Hemisphærium.

PROFILO DELLA CVPOLA
DI S. MARIA DEL FIORE
DI FIRENZA.

INDICE DEL PROFILO.

6. Piano del Tempio
7. Tribune
8. Prima Cornice del Tamburo
9. Fenestre tonde
10. Cornice del imposta

Scala di palmi 200.

11. Cuppola interiore
12. Cuppola esteriore
13. Aria fra l'una è l'altra cuppola cinta nel intermedio de i Costoloni.
14. Lanterna, che fa finimento.

Eques Carolus Fontana Delin.

Alex. Spec. Sculp.

PIANTA DEL TEMPIO DI S. M.ª DEL FIORE DI FIRENZE

B

A

INDICE DELLA SVDETA PIANTA.

A. Pianta di tutto il Tempio

B. Pianta della portione di d.° Tempio doue è situata la Cuppola

1 Tribune, che formano la croce del Tempio.

2. Cappelle intorno d.e tribune

3. Scale per salire alla Cuppola, et altri luoghi del Tempio

4. Lati, che compongono la figura ottagona della d.ª Chiesa ò Cup.ª

5. Angoli doue nascono li costoloni della cuppola in grossezza del piantato.

Scala di palmi 200.

10 50 100 50 200

Eques Carolus Fontana Delin.

Alex. Spec.^{ti} Sculp.

QVandoquidem totum hocce Nostrum Opus, cum magnificentiam Vaticanę Basilicæ, tum magnitudinem (de qua egimus imperati, atque iussu coacti) abundè manifestarit, cœterisque omnibus nobiliorem. Finem demum Operi censemus imponendum, quod si minus placuerit, Nostram saltem diligentiam in veris partium mensuris, Artisque totius arcanis sincerè exhibendis speramus iucundè excipiendam: Operis denique humilitate rerum conscriptarum erigendam sublimitate. Qui virgineis oculis Nostrum laborem contemplabuntur, haud dubiè, huic admodum, ac pro Nostris viribus incubuisse agnoscant, nec parum nobilissimæ Architecturæ studiosorum sudoribus, atque Imperitorum mentibus affatim illustrandis consuluisse. Nihil iam aliud superest dicendum, quàm superata (Deo iuuante) ardui operis obstacula veniam Nobis vt plurimùm conciliatura. Templum enim Vaticanum adeò nobile, adeò conspicuum, ita magnificum, immensumque, vt sublimiora etiam ingenia ex ipso intuitu mirabunda obstupescent. Stabit hoc tandem, imò semper maiori deinceps augendum splendore, in turpem malignorum verecundiam incolume, peremneque in Romanæ Fidei gloriam perseuerabit.

F I N I S.

DOppo, ch'abbiamo dimostrato, per tutto il corso della Nostra Opera, la Magnificenza, e Grandezza della Vaticana Basilica, della quale abbiamo scritto commandati, & auerla palesata disuguale ad ogni altra; massime con la comparazione in questo vltimo Libro; ci par tempo di giungere al desiderato fine, e compimento; Questo nostro Libro però, stimamo, che se non sarà gradito per altro, sarà almeno per le diligenze particolari vsate da Noi, tanto nelle misure, quanto nel ritrouare le cose più occulte, e secrete, e poi, se esso non sarà riguardeuole per altro, sarà almeno per il soggetto. Vederà chiunque rimirerà con occhio disappassionato questo Volume, che Noi si siamo molto affaticati, fin doue però giungono le nostre forze, per aiutare, e togliere il tedio di molti sudori a'Professori, e Studiosi della Nobilissima Architettura, sì con le dichiarazioni, come con i Disegni, e per dilucidare la mente à quelli, che non se ne intendono. Altro non ci resta, che dire solamente, che la difficoltà dell'impresa, dalla quale, grazie al Cielo, siamo presentemente, come ci si è reso possibile, vsciti, sarà la scusa per Noi; Essendo questo Tempio Vaticano, così degno, così cospicuo, così magnifico, così immenso, che è bastante à spauentare ogni più sublime Ingegno con la sola considerazione; E questo, ad onta di tutti li maligni, sì come abbiamo ne'passati Libri prouato, viuerà, & auerà permanenza per sempre, con accrescimento maggiore, per gloria della Nostra Fede, di Roma, e di tutto il Mondo Cattolico.

F I N E.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

A

C

D

H

I

L

S. Lon-

P

Q

R

S

T

V

X

Z

INDICE
DELLE COSE NOTABILI.

A

Argano

B

C

INDICE.

D

si sono

E

F

G

P

Q

R

Suo

V

Z

IL FINE.

INDEX

Ichnographiarum huius Operis.

Numeri citati anteriorem paginam indicant.

LIBRI PRIMI.

LIBRI SECVNDI.

LIBRI TERTII.

Semi-

INDICE

Delli Rami contenuti nell'Opera.

Li Numeri citati indicano la Pagina auanti.

DEL LIBRO PRIMO.

DEL LIBRO SECONDO.

DEL LIBRO TERZO.

Stra-

DEL LIBRO QVARTO.

LIBRI QVARTI.

LIBRI QVINTI.

DEL LIBRO QVINTO.

DEL LIBRO SETTIMO.

LIBRI SEPTIMI.

FINIS.

FINE.

☞ Numeri in Mensuris ità positi 40. 1. 4. debent intelligi 40.¼. & sic de singulis.

☞ Li Numeri, che nelle Misure si trouano così segnati 40.1.4. s'intendono 40.¼. e così degli altri.

REGISTRO.

Principij b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx.

Tutti ſono Duerni, eccettuatone però Cc, che vi và in mezzo la *Pianta del Tempio Vaticano Piazze, e Portici*; Dd è foglio ſemplice, e a Bbb vi và la *Pianta del Tempio Vaticano, Piazze, e Portici, con il ſuo Indice*; e appreſſo la *Metà della Pianta del Tempio Vaticano per le Miſure Generali*; Ggg Hhh Iii Kkk, ſono tutti Rami, che ognuno và da per ſe; e Xxx è Terno.